de egreditur est paucus. Et ipsius quidez phlobo-
thomia confert calibs ꝛ turbationi oculoꝝ ꝛ he-
moꝛroidibus ꝛ bothoꝝ que in naribus nascuntur ꝛ
paurtui⁹ que fit in eis. verūtamē plerūqz accidit ex
eo coloꝛis rubedo perseuerans que similat sahaf et
coꝛrūpu facit: ꝛ est ipsius impedimētum mai⁹ suo

lapsus ⁊ tremoꝛio minꝰ trūt. Cuiꝯ vena tibi rebel
lauerit vel occultauerit ⁊ ipſi⁹ repletio ſub ligatura
nō apparerit ſolue ipſā ⁊ multotiēs liga ⁊ inunge eā
t cōpimendo delcēde ⁊ aſcēde dōec eā manifeſtat
t appere facias. Et hoc quidē expieriſ cū duob⁹ di
gitis vnū quēq; locꝯ tāgēs in quib⁹ ſcis venā exte
di: ⁊ qñq; tangēs vtriſq; ⁊ qñq; vno tpoꝯ cū alte
ro facies ſanguiem incedē donec altero cadēte ipi⁹
ſentias ſanguis acceſſionē cū ad ipm pducit ſāguis
⁊ ei⁹ receſſionē cū diminuit. Et ſcio q caput phlomi
hz ſpaciū in quo penetrat qđ tñ nō ē lōgū ne ad ar
teriā aut nernū peneiret. Etipz quidē pliz ipelleſ de
bes cū vena fuit magis ſubtilis. Oz ātut phlomi
appꝛehēſio fiet pollice ⁊ impudico ⁊ diuittatur in
dex ad palpandum ⁊ ut in medio ferri fiat appꝛehē
ſio pollice ⁊ non appꝛehendatur ſuperius qñ non
bñ tenebiſ imo erit pacillās. Cuiꝯ dēa remouēdo
ſe ad pte vnā mutabit oppōes ei ligaturaz ⁊ ſtrictu
rā ecōtrario ptis illi⁹ ⁊ cū remouēdo ſe ad duas p
tes equalit mutabit nō debebis eā i lōgitudie phlo
mare. Et ſcito q oz ut ſtrictio ⁊ cōſſio ſint tm ſm tā
taē diſpoſitiōis cutis in duritie ſui ⁊ groſſitie ⁊ mīi
titudie carnis ⁊ abūdātia. Et oz vt ēt ligatura ſit p
pinqua. Cuiꝯ ligatura venā occultauerit fac ſignū
ſup eā ⁊ caue tibi ne a ſigno rectitudie remoueat cuz
ligatura facies ⁊ cū hoc toto ipelle phlomū. Cū au
tē venę declinatio ⁊ ipſius eleuatio tibi rebelles exti
terit finde locū q eſt ſup eā in oꝛpib⁹ macris ꝓpe
t cū vncino opare. Aut pōa ligatiōis ⁊ cōſtrictiōi
in ūctura phibet venarū ipletiōm. Cuiꝯ voluēris
lauare digito tuo tēde cutē ut a rectitudie remoueā
tur foꝛaminis: deiū laua ⁊ exſicca ⁊ pōe pānū emū
nctū hūtē ⁊ dimitte cutē ut ad locū ſuū redeat. Et
ſcito q multū iuuat cā repliōnis ē phlomia idigēs
Et multotiēs etiā hūi ſedz ⁊ hūi doloꝛē capitis q
ex ſilio phlomia eēt medicād⁹ ſuplēt flux⁹ vētri
nāliter qui phlomiā excuſat.

La.xxi. de ventoſis.

Ventoſe cutis ptē magis mūdificāt qꝫ phlo
mia ⁊ pl⁹ extrahūt ſanguiné ſtilēqꝫ groſ
ſum. Et ipſarū quidē iuamētū i coꝛpib⁹ cōpoſitis
groſſis ⁊ graſſis groſſū hūmōꝝ ſanguiem ē punc
qñ ex iſtis nō extrahūt ſanguiem nz extrahūt ſicut
oz: imo q ex eo vehemēt ē ſubtilis ⁊ cū difficultate
⁊ in mēbio vētoſo debilitaē efficiūt. Quidā aūt p
cipiūt vt uētoſi i pncipio mēſis non apponant: qñ
humoꝛes nōdū āmoti fuerūt neqꝫ ebullierūt: neqꝫ i
fine mēſis: qñ hūoꝛes tūc ſt minuti: ſz i medio mē
ſis cū hūoꝛes ſūt ebullētes ⁊ in ſui augmēto lunis
in coꝛpoꝛe lune augmētū ſequētes: ⁊ augmentatur
cerebꝝ in cranciis ⁊ aqua in fluminibus acceſſionē
t receſſionē habentibus. Er ſuis vero hoꝛis in
die melioꝛ eſt hoꝛa ſecunda ⁊ tertia: ⁊ oportet quī
dem vt a ventoſis ſibi quilibet caueat poſt balneuz
niſi cuius ſanguis fuerit groſſus quonīā ipſe ſe pa⁹
balneari debet ⁊ vna hoꝛa maioꝛi ⁊ poſtea vētoſas
apponere. Plurimi aūt hominū abhoꝛrēt vē
toſas in anterioꝛibus capitis apponere ⁊ reperunt
in hoc ſenſum ⁊ intellectuz impediri. Et ventoſe
quidē ſuper nocrā que eſt in collo poſite nigre vice
rie exiſtit ⁊ ꝓferūt ſupcilioꝝ grauitati ⁊ alleuiāt pal
pebras ⁊ cōſeruāt ſcabiei oculoꝝ ⁊ ſeꝛoꝛi oris. Et ſu
per alcheel vicē tenēt baſilice ⁊ cōferūt doloꝛibus
humeroꝝ ⁊ gule. Et ſuper alchada poſteri⁹ ſunt vi
carie cephalice ⁊ conſeruāt tremoꝛi capitis ⁊ mem
bris que ſunt in capite ſicut facies ⁊ dentes ⁊ mole
⁊ aures ⁊ oculi ⁊ gula ⁊ naſus. Ventoſe aūt que no
cre ſuppoūntur obliuioné hereditare faciunt vera
citer ſicut quidaz dixerūt quo ultā poſterioꝛ pars ca
pitis eſt locus cōſeruatiōis qué vētoſe debilitāt.
Alcheele vō debilitāt os ſtōi. Et ꝓpter alchadam
quidē qñq; accidit capitis tremoꝛ parūp ita q mu
temus nos a nocra ⁊ ab alcheel parūp aſcēdamus
niſi cū fuerit necarie ꝓpter fluxū ſanguinis ex tuſſi:
qñ tūc cū eis eſt deſcēdēdū ⁊ nō aſcēdēdum. Et he
quidē vētoſe que alcheel ſuppoūntur ⁊ inter duas
ſpatulas cōferūt egrit tcibus ſanguicis ⁊ ſpaſmo ſā
guineo ⁊ aſmati ſanguineo: iz ſtomachū debilitāt ⁊
coꝛdis tremoꝛē generāt. Et ventoſe quidē que cru
ribus ſuppoūntur ſūt minutioni ꝓpinq ⁊ mūdifi
cant ſanguiné ⁊ puocāt menſtrua. Et ei quidē que
ex umlieribus alba exiſtit ⁊ laxa ſanguiné hūs ſub
tilē ventoſe in cruribus poſite ſūt meliozes qꝫ phlo
mia que ſit in ſaphena. Quidā preterea dixerūt q
vētoſe ſuper occiput poſite ⁊ ſūmitatē capitis ꝓfert
amētie ⁊ ſcotomie ⁊ tardāt canos quēadmodū di
xerunt. In hoc conſideratio eſt habenda: nā iſtō
in his opant coꝛpib⁹ ⁊ nō in alijs: qñ plūmis coꝛ
poꝛ feſtinare facūt canos ⁊ impediūt intellectū ⁊ cō
ferūt egritudinib⁹ oculi: ⁊ hec quidē eſt maioꝛ caꝛū
vtilitas: qñ conferūt coꝛ ſcabiei ⁊ bothoꝛ ⁊ almu
ſeragi ⁊ egreſſioi vuee: iz intellectū impediūt ⁊ facūt
hereditare ſtupiditatē ⁊ oblutonē ⁊ malitiā cogita
tionum ⁊ egritudies pmanentes ⁊ nocēt aquam in
oculo habentibus: iz fortaſſe ſi hoꝛa ſe preſentauē
rit qua illud fieri debēt nō impediunt. Ventoſe autez
ſub mento poſite ꝓſunt denti⁹ repletis ⁊ faciei ⁊
gutturi ⁊ mundant caput ⁊ mādibulas. Et ventoſe
renibus ſuperpoſite conſeruāt apoſtemandis coꝛa
rum ⁊ caꝛū ſcabiei ⁊ bothoꝛ ⁊ podagre ⁊ hemoꝛroi
dibus ⁊ elephantie ⁊ ventoſitatibus veſice ⁊ matri
cis ⁊ puritui doꝛſi. Cuiꝯ vētoſe iſte fuerint cū
igne ſiue ſint cum ſcalpelatione ſine abſqꝫ ea iuua
bunt etiam in hoc: ſed ille quidē que ſunt, cū ſcalpe
latōne ſunt foꝛtioꝛes ꝓtercꝫ in vētoſitate. Mam
que ſine ſcalpelatione ſunt in remouēdo vētoſitatē
frigidas ⁊ ut radicitus euellāt hic ⁊ ubiqꝫ ſunt foꝛ
tioꝛes. Ventoſe ꝓterea in anterioꝛi pte coꝛaꝝ te
ſticuloꝝ apoſtematibus cōferunt ⁊ vulneribus
coꝛaꝝ ⁊ crurium. Et vētoſe poſterioꝛi parte coꝛaꝝ
ſuppoſite ꝓſunt apatib⁹ ⁊ erituris q̄ in natib⁹ fūt
Et ventoſe poſite ſub poplite cōferūt pulſatiōi po
plitis q̄ ex calis gnāt hūoꝛib⁹ ⁊ erituris mal⁹ ⁊ ulce
rib⁹ putridis i cruꝛe ⁊ pede. Et vētoſe ſup duas al
cabi ꝓferūt, phibitōi mēſtruoꝝ ⁊ ſciatice ⁊ podagre
Ventoſe aūt ſine ſcarificatōe qñq; ponunt, ꝓpter ea ut

māa pte ſui mol⁹ trahāt ſicut cū mānill' ſupponāt
ideo, ut curſus ſāguis mēſtrui retineāt. Et qñq; que
runt ut apa, pfūdaz ad exterioꝛa trahāt: iō ut medi
camēū ad ipm pueniat. Et qñq; regrūtur, ꝓpter ut
apa ad aliud mutet mēbꝝ qđ ignobil⁹ in vicinitate
exiſtit. Et qñq; regrūtur, ꝓpter ut mēbꝝ calefiat ⁊
ſāguis ad ipm trahat ⁊ ipi⁹ reſoluant vētoſitates.
Et qñq; regrūtur, ꝓpterea ut mēbꝝ ad ſuū nāles lo
cū reducat a quo remotū fuit ſiē fit in ruptura ingui
nis. ⁊ qñq; regrūtur iō vt dolō ſedet ſicut cū ſuppo
nunt vmbilico in doloꝛe colice vehemēter cogēte ⁊
in vētoſitatib⁹ vēteris ⁊ in doloꝛibus mēſicis q acēt
apud motū mēſtruoꝝ ⁊ ꝓpe in adoleſcētibus ⁊ ſup
laxitatē ptis exterioꝛis coxe ſicut ſit in ſciatica: ⁊ cuz
timet oſſis exu⁹ a ūctura: ⁊ inter duas anchas ꝓ
ſūt duab⁹ anchis ⁊ duab⁹ ptib⁹ iterioꝛib⁹ coxaꝝ ⁊
hemoꝛroidib⁹ ⁊ hūi ruptura inguis ⁊ podagricis
Ventoſe quoqz ſup nates poſite a toto coꝛpe trahūt
ut a capite ⁊ ꝓferūt inteſtinis ⁊ menſtruoꝝ ſanāt coꝛ
ruptōez ⁊ alleuiāt p eas coꝛp⁹. Et dicem⁹ quidem
q in vēto ſis cū ſcarificatōe tria exiſtūt iuuamēta.
Primū coꝛ eſt eōnis ex ipo mēbꝛo: ⁊ ſcdz ē repo
ſitionis ſbe ſpo ne eōné hūoꝛis q educit ſequendo
eūet: ⁊ itiuz eſt qñ nō curat ut ex pncipalib⁹ mēbꝛis
fiat eño. Scarificatio vō ē, pfūda ut ex, pfūdo tra
hatur. Locus preterea vbi vētoſa adhēt qñq; apat ⁊
fit difficile ad ipaz remouēdam. Panus ergo aut
ſpongia in aqua tepida infuſa q̄ calitati attineat ſuāt
t eū ea in circuitu fiat embroca. Et hoc qdez freque
ter ꝓtigit cū ſup mānillaz ptes vētoſas ponim⁹ ut
ſāguis mēſtruoꝝ ſtruxus ⁊ ex narib⁹ arceat: ꝙobꝛē
ſup ipas mānillas eas ponere nō debemus. Cuiꝯ
loc⁹ vētoſe iungeā, ꝓpe iam ſuſpēde ⁊ nō tardes iz
ad ſcarificañ: feſtina. Cuiꝯ pma poſitio leuis ⁊ cito
remoueat ipa: deiū ſm oꝛdinē tardet ipius remotio
⁊ tollerātia. Et oz qdez ut vētoſat⁹ poſt vnā hoꝛam
edet. Infans preterea in 3⁹ anno vētoſet ⁊ poſt trāſ
actis duobus annis: qñ ꝓzſus non debet vētoſari cū eſt vnius āni. In vētoſis quoqz ſit ſecuritas
ne mē ad iferioꝛa deſcēdāt. Et choleric⁹ qđē vētoſa
tus poſt vētoſas comedere debz grana maligñati
t ꝓpoꝛ ſuccū ⁊ ſuccū ſcariolaꝛ cum zuccaro: aut la
ctucas cum aceto.

Capitulum.xxij. de ſanguiſugis.

Fādi diximꝰ q in grundā ſāguiſugaꝝ na
tura exiſtit vētoſitas: ab eis igit caueñ. eſt
q̄ ſūt ex gnē magno habētiū capita ⁊ āguz
colōes ſūt antimōiales ⁊ nigre: aut q̄z coloꝛ eſt viri
dis: aut que ſunt ſanguiez habētes ⁊ illes mezaneiz
⁊ ſuper quas exiſtunt fila coloꝛis azuli: ⁊ q̄z coloꝛ ſi
milat magion. In omnib⁹. n. iſtis exiſtit vētoſitas
⁊ pueniū ex eis apata ⁊ ſincopis ⁊ ſanguis fluxus
⁊ febūs ⁊ laxitas ⁊ ulcera mala. Eas quoqz non ac
cipias ex agis malis in qbus limus aluei eſt niger ⁊
cenoſus ⁊ moꝛ ſtati turbat aqꝫ ⁊ fetet: iz illas eligē
que ab agis colligitūr cochalib⁹ tolubiatu ⁊ i gb⁹
mozātur rane. Hz attēdas illud qđ qdaz dicunt q
ſi ſint in agis vbi mozātur rane ſunt t malę. Sicqz ea
colo: ſilis rei ſup quā exiſtit viridītas ⁊ tēdāt ſup eas
fila duo coloꝛem arſenici hūtia. Et truffe rotūde
que ſunt coloꝛis epatis. Et ille que ſilant pue locu
ſte ⁊ que caude muris ſiles exiſtūt ⁊ minute q̄ ua ha
bentes capita: omnes iſte eligēde ſunt. Et nullas ma
gis eligas qꝫ hūtes vētres rubeos ⁊ doꝛſū viride ⁊
pcipue ſi ex aquis fuerint currētibus. Extractio ꝓte
rea ſāguiſ a ſanguiſugia facta, pfundit: eſt extractō
ne que fit cū vētoſis. Et ipe qdem anteqꝫ ponantur
qñ ꝙ vnuz diem colligēde ſunt. Et ꝓſtrictōne facien
dum eſt ut euomant donec qđ in eaꝝ exiſtit vētrib⁹
egrediat ſi hoc fieri poterit. Et ipz paz ſāguinis
agni aut alterius rei, pjciat ut inde miriant anteqꝫ
ponant: deinde ſumant ⁊ eaꝝ piſcoſitas ⁊ foꝛdities
cū aliquo qđ fit ut ſpongia mūdent. Locus ꝓterea
vbi ſunt apponēde cū baurac lauet ⁊ frication ⁊ ru
bificetur poſtea qꝫ voluntas apponēdi ſāguiſugas
affuerit in aquam, pjciant dulcem ⁊ emundēt deiū
apponāt. Et eo aūt qđ eas effiē voluntarias ad ſe
ſuſpendēdi. eſt ut locus iuto liniat aut ſanguine.
Cuiꝯ he fuerint plene ⁊ eas, pjcere voluerīs pulue
riza ſup eas parū ſalis aut cineris aut baurac aut ſe
te cōbuſte aut lini aut ſpongie cōbuſte aut lane cō
buſte ⁊ cadent. Et melꝰ qdez ēt poſtqꝫ cadunt lo
cus vētoſa ſuga ⁊ ex ſanguine loci parūper accipi
tur ut moꝛſure ipaꝝ malitia removeat. Hō ſi ſan
guis nō conſtringet galle combuſte aut calꝛ aut ci
nis aut regula cōbuſta ⁊ ſubtiliter pulueriza ſup
ponāt aut reliqua ab uſtis ex eis que ſāguiné ꝓſtrin
gunt. Et hec qdem oportet ut ſint apud eū ꝓpara
qui ſanguiſugas apponit cū ipſe ſe ſuſpendāt. Aly
poſitio preterea ſanguiſugarū confert egritudinib⁹
ſubcutaneis ſicut ſaꝛaf ⁊ alcuabe ⁊ eis ſilia.

Caplm. xxiij. de retētiōe coꝛ q̄ euacuant.

Aq̄ que euacuant retineūt aut, ꝓpe materie
inclinationē abſqꝫ alia euacuatiōe: aut, ꝓp
clinationē cū alia euacuatiōe: aut, ꝓpterea
q ipſamet euacuatio iuuatur: aut medicinis infrigi
dantib⁹: aut ſtipticis: aut viſcoſis: aut adurentib⁹:
aut ſtrictura. Et retentio quidem euacuatōis, ꝓpe
attractionem ſine alia euacuatione eſt ſicut appoſi
tio ventoſarum ſuper mānillas facta ad hoc vt ſan
guinis fluxus ex matrice prohibeatur. Sed melioꝛ
attractio eſt cum qua exiſtit ſedatio doloꝛis illius a
quo trahitur. Et ea quidem que ſit ꝓpter attractō
nem que eſt cuz euacuatione eſt ſicut phlobotomia
baſilice facta propt hoc: aut retētio vomitus fluxui
ventris: aut fluxus ventris vomitui: aut vtroꝝnqꝫ
retentio prouocatione ſudoris. Et euacuatōis
quidem iuuamentum eſt ſicut ſtomachi ⁊ intestino
rum mundificatio ab humoꝛibus viſcoſis mal⁹ la
bere faciēbus cum picra ⁊ ſicut ſtudium quod ad
hibetur ad os ſtomachi mundificandum vomitu
ꝓpter inciſionem materie vomitus manſiue. Et
medicine quidem infrigidantes liquide congelant
⁊ oꝛificia conſtringūt ⁊ coanguſtant. Et ſtiptice
quidez medicine materiam coartant ⁊ cannales cō
ſtringunt. Et viſcoſe quidem medicine opilatio-

nes in cānaliū oꝛificijs efficiunt q̄ si fuerint acute ex
ficcatiue plᵒ opabunt illud. Et adurētes gdez cor
ces efficiūt ut sup cānalis oꝛificiuꝫ mancāt ꝛ ipsum
claudāt ꝛ firmēt: sed nī earū impedimētū timetur.
Et hoc est qm̄ possibile est ut cortex rūpat ꝛ eradicet
ꝛ amplificatio foꝛaminis augmētet. ¶ Et ex adurenti
bus gdem sūt q̄dam in quibᵒ existit stipticitas sicut
atramētū: ꝛ q̄dam in qbus nō licut calx nō extincta.
Et adurētes gdez stiptice sūt necessarie vbi volūtas
est ut cortex sit fixus: ꝛ alie sūt necessarie vbi volūtas
est ut cortex cito cadat. Et eiᵒ gdez q̄ fit strictura alia
rū cuꝫ clausura foꝛaminis ꝛ coartatione ad hoc ut
ipius pres in vnū conducant sicut constringit illud
quod ē sup ꝛa cubitū cū phlomatoꝛ in balilica errāt
percutit arteriam. ꝛ alia ē que fit opilatione oꝛificij
vulneris ꝛ clausure vie euacuati sicut pilos lepoꝛis i
vulnus. ¶ Dicemᵘ ergo q̄ si sāguinis cursus ex ap
tione oꝛificioꝛ venaꝛ fuerit stipticis medicabitur ut
oꝛificia venarum ꝓstringant. Et si ex ruptura fuerit
stipticis glutinosis sicut terra sigillata. Et si ex corro
sione fuerit eo q̄ carnem nasci facit cum eo qđ coꝛ
rosionem abstergit.

¶ Caplm. xxiij. de sanationibᵒ opilationū.

Opilationes aūt sunt ex humoꝛibᵒ grossis
aut viscosis aut multis. ¶ Et multoꝛ gdē
humoꝛ qm̄ cum eis alia nō fuerit cā mali
tiā remouēdi extractione ipsoꝛ phlobotomia aut
pēris fluxu facta. ¶ Et si grossi fuerint indigebūt eis
que resoluāt. Et si fuerint viscosi ꝛ maxime si fuerint
subtiles erūt eis necessaria ea que incidāt. Et tu gdē
iam scimsti ꝛ fiam int grossū ꝛ viscosū ꝛ q̄ est sic dif
ferētia inē gluten ligdū ꝛ lutum: ꝛ grosso gdē resolu
tiuū est necessarū ideo ut ipm attenuet ꝛ eius expul
sio fiat facilis: ut viscoso incisiuū est necessarū: ideo
ut intꝛ ipm ꝛ id cui adhesit penetret ꝛ int ea sepatio
nem faciat ꝛ ut ipm in pua secet frusta: qm̄ viscosuꝫ
opilat ꝓpterea q: adhēt ꝛ ꝓpt partū suaꝝ ꝓtinu
tionē. Oportet aūt ut in resolutione grossi a duab
ꝛijs caueatur rebus: quarum vna est resolutio de
bilis que in raritate materici augmentū efficit ꝛ ipi
locum augmēt̄at ita q̄ ad resolutionem non perue
nict quare opilationem augmentat. Et altera est re
solutio foꝛtissima qua eius subtile fit vapoꝛ ꝛ spissū
ipsius fit lapis. Cum ergo resolutio foꝛtis est neces
saria iuuetur lenificante subtili cum materia in qua
non sit grossities: sed sit in ea calor temperatus qui
tuuet in resoluendo totum illud quod est opilatuꝫ
¶ Et ex opilationibus quidem peioꝛes sunt opilati
ones venarum: ꝛ deteioꝛes eis sunt ille que sunt in
arterijs: ꝛ adhuc peioꝛes sunt ille que in mēbris exi
stunt: principalibus. ergo cum in aperitiuis stiptici
tas ꝛ subtilitas coniūgentur erit inclūs: quoniam
stipticitas remouebit a mēbꝛo subtiliatiui ḡuamē.

¶ Ca. xxv. de medicationibᵒ apostematum.

Apostematum quedā sunt calida: quedaꝫ
sunt frigida fluxa: ꝛ quedam sunt frigida
dura ꝛ ea iam dixim⁹. ¶ Et ipsoꝝ quidem
cause aut sunt ꝓmitue aut antecedentes. Et antece
dentes quidem sunt sicut replecio. ꝛ ꝓmitiue sunt
sicut casus aut percussio aut motus. Quedam ve
ro que sunt ex causis ꝓmitiuis quandoq̄ cuꝫ cor
poꝛis repletione se repꝛesentant: ꝛ quādoq̄ eueni
unt cum equalitate humoꝝ. Et ea quidem que
sunt ꝓpter causas antecedētes aut ꝓmitiuas cū
repletione coꝛporis repꝛesentata: aut sunt in mem
bris que principalibus sunt vicina sicut euacuantia
aut non sunt: ꝛ si non sunt nullo modo aliquid ex
resoluentibus est eis applicandum in ꝓncipio. imo
membrum expellens est meliozandum si ibi fu
erit membrum expellens: aut totum corpus melio
retur si non fuerit ibi membrum singulare quate
nus adꝛa perueniat quicquid refrenat ꝛ ad diuer
sum trahit ꝛ stipticum efficit. Et tamen cum diuersi
tate illius membꝛi sit attractio ad illud quod in alio
latere diuerso est positum ꝓpter exercitium ipsᵘ
aut ꝓpter rem ponderosam super ipsum delataꝫ
nam multotiens a manu apostemosa trahitur ma
teria quando cuꝫ alia res defertur ponderosa ꝛ hoꝛ
ra vna tenetur. ¶ Oportet autem ut stiptica constri
ctiua repercussiua frigide complexionis pure exi
stant si apostemata fuerit acuta. Quod si apostema
ta fuerint frigida oportet q̄ alicui sint admixta in
quo virtus sit calida cum retentione sicut squinan
tum ꝛ blactebizantie. ¶ Cum autem maturare vo
lueris minues retentiuum ꝛ admiscebis ei quod sit
resolutiuum donec ad statum perueniat: tunc enim
ipsa admiscenda erunt equaliter. ¶ Cum autem de
clinario fuerit non sit ibi nisi quod resoluat ꝛ laxaꝫ
efficiat. Et oportet quidez ut illud quod frigida flu
xa resolvit sit abstergens ꝛ exsiccans: ꝛ hoc quidez
plurimum inuenit in calidis. ¶ Ea autem que ꝓ
pter causas accidunt ꝓmitiuas vbi non est humo
rum repletio medicari debent in ꝓncipio rei cum
eis que fluxa faciant ꝛ resoluant: ꝛ si non cuꝫ eo qđ
sit sicut illud quo ꝓximum medicatum fuit. Si ve
ro membrum apostemosum membꝛ principalis
euacuatoꝝ fuerit sicut loca glandosa in collo q̄
sunt in circuitu auriū cerebꝛi: aut ascelle cordis: ꝛ in
guina epatis nullo modo erit ei applicandum ali
quid quod refrenet: non ideo q̄ hoc non sit medi
camētum apostematum eoꝝ: quoniam hoc ipo
rum medicamentuꝫ ē. sed quia nolumus ipsoꝝ
medicari apostemata: immo studium ad hoc im
pedire ut ea augmentemus ꝛ materiam ad ipsa tra
himus ꝛ non curamus si malitia in mēbꝛo augmē
tata fuerit, non enim curamus nisi de eo quod mē
bꝛo principali est melius. ¶ Et timemus q̄, si materiā
refrenauerimus redibit ad membꝛum principale ꝛ
peruenientes inde ad illud quod emendare nō po
terimus. Quapꝛopter volumus ut malitia in mem
bꝛum cadat ignobile cum principali contulerit mē
bꝛo ita ut studiuꝫ impendamus in attrahendo ma
teriam ad mēbꝛuꝫ ignobile ꝛ facē ut ꝛpe apetur. Et

si non cū alijs saltē est vētosis ꝛ emplastris attracti
uis acutis. ¶ Cūq̄z ad collectionem pueneꝛit hmōi
apata aut relinq̄ ab eis q̄q̄z apiendꝫ p se aut matura
tionis adiutoꝛio. Et q̄q̄z indigent maturatōe ꝛ sec
tione sil. Maturatio vero cōpletur ex eo in quo cū
caloꝛe existit opilatio ꝛ glutinatio vt per ipsum ca
loꝛ retineatur. ¶ Qui aūt maturationē efficit cū ali
quo qđ sit sicut hmōi maturatiuū attendere debes
vt si videris caloꝛē innatū debilem ꝛ ꝓ membꝛum
iam declinet ad hoc vt coꝛrūpatur remoueat ab ea
glutinosa ꝛ opilatiua ꝛ ponat aptiua ꝛ scarificatio
nē faciat, pfundā: deinde adhibeas medicinas in q
bus existit resolutio ꝛ desiccatio: sicē de eis inuestiga
bimus in libris ꝓticlarib⁹. ¶ Oliotiēs ꝓterea erit apa
ꝓfundū ꝛ erit nob necariū trahē ipꝫ ad partē cutis ꝛ
si nō cū alio saltē cū ventosis ignitis. In apate aūt
duro qđ stat⁹ terminum ꝓtrāsiuit regula in eo est vt
mollificꝫ q̄q̄z cū eo in quo existit calitas ꝛ siccitas
pua. Ideo ne qđ ex eo ipsiusm est ꝓpi multā resolu
tionē fiat lapis: imo totū ad resolutionē ꝓperet: po
stea sup ipm resolutio foꝛtioꝛ fiat: deinde si timet ex
resolutōe eius qđ resolut ne qđ remanſit lapis fiat:
iterꝫ ad mollificandū ipm secūdo redeat ꝛ incessanꝫ
fiat hoc donec totū finiaſint mollificādi ꝛ resoluen
di vices alię vires. ¶ Inflata aūt apata curent ex eo
qđ calefacit subtilitate sue substantie, ꝓptea vt vētosi
tates resoluat ꝛ poꝛos amplificet: naꝫ cā in apatib⁹
inflatis est ventositatis grossities ꝛ poꝛoꝝ clausura:
¶ Studiū quoq̄z est adhibendū in ꝓhibendo ma
teriam ex q̄ ventosus ꝓuenit vapoꝛ. ¶ Ex apostema
tibus ꝓterea sunt q̄ sunt vlcerosa sicut formica q̄ sūt
infrigidata sicut phlegmonꝫ nō sunt mollificāda:
ꝛ si, ꝓptea q̄ sunt apata sunt mollificāda: imo sūt sic
cāda: qm̄ accidens hoc iam supauit cām: accidens
enī est vlcerositas de q̄ timet q̄ accidat aut q̄ iaꝫ ac
ciderit. Et vlcerositatis quidē medicamentū est de
siccatio: ꝛ res ei magis ꝛtraria ē mollificatio. ¶ Oc
culoꝝ aūt apostemaꝝ matia minoꝛanda est phlo
botomia ꝛ ventris solutōe. Et oportet vt ea habēs
a balneo ꝛ vino ꝛ motibus coꝛporis ꝛa alibᵒ sup
fluis sicut ira ꝛ ubi sit ibᵒ caucā: postea in ꝓncipio
rei adhibeat ei qđ absq̄z numia supfluitate repellit ꝛ
ꝓpe si i mēbꝛo fuerit qđ sit sicut stomachᵒ aut epar.
¶ Cūq̄z hoꝛa resoluendi affuerit nō debes dimittē
qn stipticas medicinas bonū hūtes odoꝛē admisce
as sic in ꝓcedēdᵘ tibi narrauim⁹. Et epar gdē ꝛ sto
machᵒ ꝓtius indigēt, hoc cē pulmo. Oportet ꝓterea
vt mollificāta subtilia q̄ ibis adhibent sint medicie
in quibᵒ existit maturatio ꝛ sint apatibᵒ ꝓferēs sic
solatiū ꝛ cassiafistula. Solatiū naq̄z ꝓpetatē habet
resoluēdi apata calida ꝛ q̄ sunt occulta. ¶ Et ea qdē
būti nō est dandᵘ cibᵒ nisi subtil⁹ ꝛ nō in hoꝛa poris
mi si ibi fuerit neq̄z in ꝓncipio sui nisi, ꝓpt multā de
bilitatē fiat. ¶ Cū aūt simtoma supueneꝛit, ꝓpt collec
tionē apatis in ꝓximis cū casu vtilis in it: nē mortis
existit: qm̄ vtus nō sustentat nisi nutrimēto ꝛ nutri
mentū est res magis timoꝛosa: ergo si resolutū fuerit
valdē bonū erit. q̄ si apta fuerint danda sunt eis que
ea lanent sic aq̄ mielꝛ ꝛ aq̄ zuccari: postea dent eis q̄
suauit maturēt cū siccitate: postea in fine rei non ad
hibeant nisi siccatiua. Et tu qdē scies hec ex libꝛo
q̄ ꝓticlares egritudies colligit ꝑm declaratioēz. Est
ꝓterea cū in apatibᵒ occultis q̄ sub vētre exiit ꝓtigit
erroꝛ: qm̄ qm̄ nō sūt apata: ꝛ rupture erit in ꝓximā
do ea timoꝛ. Et plerūq̄z apa occultū nō existit in pā
niculo ꝛ in ipo intestino ꝛ est in apiendo ipꝫ timoꝛ

¶ Capitulum. xxvi. de sectione.

Qui plagā secare voluerit oꝛtebit vt sectō
incedat ꝑm rugaꝝ collectioēz q̄ sūt inti⁹
illo mēbꝛo nisi fuerit tale q̄lis est frons: qm̄ si incisio
incedet sic, ꝓcedit rugaꝝ ipsiᵘ collectōes incidet mu
sculus frontis ꝛ cadet supcilijū. Et silr in mēbris ru
rum quarū incessus diuersificat ab incessu villoꝝ
suoꝝ musculoꝝ: oꝛ ergo vt sector ex anatomia sciat
anatomiā neruoꝝ ꝛ venaꝝ ꝛ artiaꝝ ne erroꝛe icidat
aliqd ex eis. Et oꝛtet etiā vt secū deferat multas ex
medicis sāguinē ꝓstrigentib⁹ ꝛ emplis doloꝛē sedā
tibus ꝛ instrīs q̄ ad hoc ꝓtineant: habeat ergo secū
qđ sit sicut medicina Galieni ꝛ pilus lepoꝛis ꝛ tela
alanee ꝛ albumē ouī ꝛ ferramēta quibᵒ aduriť. Dia
eni hec sanguis fluxū, phibēt siue ex erroꝛe ipᵒ, pue
nat sine necario ꝛ vt medicias deferat q̄ fluxa facūt
Cūq̄z exitura ꝓfoꝛauerit qđ in ea ꝓtinet extraxerit
non debet ei adhibē oleū neq̄z aquā neq̄z emplū i
quo sit oleū neq̄z sepū supabūdans sic basilicoꝝ: imo
aliqd sit sic emplastrū ex calcario qđ apponat cū eo
indigebit ꝛ desup imponat spōgia in vino stiptico
infusam.

¶ Ca. xxvij. de egritudinibus coꝛruptiōis membꝛ
ꝛ de incisione.

Quēm membꝛ ꝓpt malam ꝓplexionē cū mā
aut sine matia coꝛrūpitur ꝛ non ꝓfecerit ei
scarificatio neq̄z epithimari ex eo qđ ꝓfer
re ꝓsuerit de eis q̄ in libꝛis ꝓticlarib⁹ dicta sunt erit
necesse vt caro coꝛrupta que est sup ꝛa ipm remoueaꝫ
tur. Et melius quidem erit vt sit sine ferro si ꝓssibi
le fuerit: qm̄ ferrū plerūq̄z inuenit tunicas: musculo
rū ꝛ venaꝝ pulsantiū ꝓiculosc. Qđ si hoc nō ꝓtule
rit ꝛ coꝛruptio iam in carne ꝓcesserit necesse erit vt
ipsa incidatur ꝛ vt locus incisionis oleo feruēte adu
ratur. Et hoc eni ꝓuenit securitas ab acuitate ma
litie ipsius ꝛ restringit sanguinis exitus ꝛ nascuntur
sup incisionis locū caro ꝛ cutis extranea nō ꝓpoꝛ
tionalis, ꝛ res q̄ magis carni simil existit, ꝓpt sui duri
tiem. Cūq̄z incidendi voluntes affuerit tenta ꝓius
erit imunitēda in circuitu ossis volundo donec qđ
sane teneatur reperiat ꝛ vbi doloꝛ fit foꝛtioꝛ: cū ten
ta ibi imittitur: qm̄ ē terminus sanitatis: ꝛ vbicunq̄z
inueneris laritatē ꝛ debilitatis retētionē totū erit ex
collectōe eius qđ est incidendum. Cunq̄z aūt ꝓfoꝛa
tur illud quod circūdat os quod vis incidere ita q̄
foꝛamina circūdem ipsum: ergo rumpetur ꝛ ipsuꝫ
ꝛ incidetur ꝛ quandoq̄z serratur. Cūq̄z hoc facere
volueris separa int incidentē ꝛ ꝓfoꝛantē ꝛ int carnē
vtū redeat. Si q̄ ipꝫ os qđ ē necē icidēt fuerit frustū

entiuens quod nō possit aptari lita ut dz necz sit in eius rectificatiōe fiducia ꝛ timeat ne corūpat ꝛ corūpat illud qđ ē corā ipo subleuabim⁹ carnez ab eo aut scidēdo: deide ligādo ꝛ ad diuersitatē ptis illi⁹ extēdēdo aut alijs igenijs q̄ sēcius demphabi m⁹ int̄ ipm ꝛ mēbrū nobile si ibi affuerit cū pānis quinpm ab eo elōgabūt ꝛ postea incidem⁹. Et si os fuerit tale q̄le ē os coxe ꝛ fuerit magnū ꝛ neruis ꝛ arterijs ꝛ venis ꝓpinquū ꝛ fuerit ei⁹ corruptio multa dz medicus ab eo fugere.

Capitulum.xxviij. de medicationibus solutiōis continuitatis ipsoꝝ vlcerum.

Solutio ꝓtinuitatis i magnis mēbris medicāt equatiōe ꝛ ligatura ꝓuenīte q̄ i doctrina restaurationis dicta ē: ꝛ tibi in suo loco postea veniet cū quiete ꝛ cōsolatione abi cōglutinatiui in quo habeur fiducia q̄ ex ipso nutrimentū generat cartilagiōū qđ labia fracture claudat ꝛ i vnū cōducat sicut cib⁹ qđ de extremitatib⁹ aialium. Impossibile eni est ut os restaurēt ꝛ ꝓhein corporibus ꝓsistentiū nisi fm hūc modū: qm̄ nullo modo redibit ad ꝓtinuitatē. Et nos qdem de restauratiōe sermonē exquisitū loquemur i libris ꝑticularib⁹. In tēto aūt in medicādo solutionē ꝓtinuitatis q̄ in mēbris accidit mollib⁹ ē trū ꝓncipioꝝ curā habere.

Primū eoꝝ ē qm̄ si cā fuerit fixa min⁹ q̄z oz ē retinere illud qđ fluxt ꝛ strigēt⁹ māz si ipa fuerit current. Et sedm ē fissuram ꝓsolidare cū medicinis ꝛ cibis ꝓuenientibus. Et tertiū est putrefactionē ꝓhibere quāto plus fuerit possibile. Cūcz ab vno trū te excusaueris redi ad cogitandum de duob⁹ remanēb⁹. Cū vo iam scis quō illud qđ fluit retinetur: sed ꝓsolidatio fit adiūgendo labia si adiūgunt ꝛ exsiccādo ꝛ comedēdo glutinatiua. Et scito q̄ intentio i medicādo vlcera ē exsiccatio: qđ ergo ex eis mūdū fuerit trū exsiccet. Et in illud qđ ex eis putridū fuerit medicine acute corrosiue mittant sic̄ cal cantū ꝛ alzegi ꝛ arsenicū ꝛ calx. que si nō ꝓtulerit necessari⁹ est signis ꝛ medicina q̄ est ꝓposita ex flore heris ꝛ cera ꝛ oleo: quū ipa flor heris mūdificat ꝛ ꝓhibet mo⁹ois suppfluitatem oleo ꝛ cera: ipa ergo i hac re medicina exsistit pata. Et dicem⁹ q̄ omnia vlcera aut sūt simplicia aut ꝓposita. Et simplicia qui dē ea fuerint pua ꝛ nil ex eoꝝ humiditate corrodet nec ꝓsūgēda erūt ipoꝝ labia ꝛ ligāda custodiendo ne int̄ ipa aliqd olei aut pulueris cadat qm̄ ꝓsolidabunt. Et silit magnū de cui⁹ba nil pditū fuerit ꝛ c⁹ vna ps alij applicari pōt. Magni vo cui⁹ptes applicari nō possūt siue sit fissura siue ꝓcauitas uel ipa cū plena sanie: ꝛ iam aliqd ex ipa mēbri pditu est curatio ē exsiccatio. Si ergo illud qđ pditū est nūquit cutis ꝛ necesse erit ut cicatrice inducat. Et hz gdē p̄ēntia cū stipticis ꝛ p accūs gdē cū calidis cuz ex eis paꝝ qđ sit adustū supponet sic̄ alzegi ꝛ calcātuz qm̄ magis iuuat i exsiccādo ꝛ magis pducit crustā nā si multū fuerit corrodet ꝛ in vlcerib⁹ augmētū faciet. Si aūt illud qđ pditū fuit fuerit caro sicut ē in vlceribꝰ, pfundis non erit festinādū in cicatrizādo ea: imo ꝓnio erit studendū ut caro in eis nascat. Et caro gdē nō gnātur nisi ex eo cui⁹ siccitas nō multū gradū ꝓmū trāscēdit: verū trū hic ꝓditiones attēdūt de quib⁹ curus ē habēda. Et ex eis ē ꝓsideratio dispositionis ꝓplexionis mēbri ꝓncipalis ꝛ ꝓplexiōis vlceris: qm̄ si membrū in sui ꝓplexiōe fuerit multe humiditatis ꝛ vlcus nō fuerit multe humiditatis sufficiet siccitas pauca in ꝓmo gradu: qm̄ egritudo non multū fuit elōgata a nā mēbri. sed si mēbrū fuerit sicc̄ ꝛ vlc⁹ humiditatis multe erit necessariū illud qđ exsiccet in scdo gradu ꝛ tertio ut reducat ipm ad suam naturalē ꝓplexionē. Et in tpatis gdē dispositio erit equāda. Et ex eis ē cōsideratio ꝓplexionis ton⁹ corporis. nā cū corpus fuerit multe siccitatis ꝛ mēbrū augmētatū in hūiditate fuerit tpatū ꝑm corpus equale ex tpamento erit exsiccandū. Et silit si corpus fuerit in hūiditate augmētatū ꝛ mēbrū i siccitate ꝛ si ambo ad augmētū deuenīūt tūc si egressus fuerit ad humiditatē ampliorē exsiccabit siccitate: ꝛ si fuerit ad siccitatez minorē exsiccabit siccitate. Et ex eis ē ꝓsideratio ꝓutus siccātiū: qm̄ licz ex siccantibus carnē nāsci faciēt⁹ exsiccatio fortis nō quera tur: sed exsiccatio q̄ sit tal' qual' est illa q̄ ꝓhibet māz q̄ descēdit ad membrū qđ sit aptū ad hoc ut carnis gnātio sit ex ea. multū trū ea q̄rit in siccātib⁹ q̄ nō sūt ad hoc ut caro ꝓ ipam gnētur: sed ut cicatrizatio fiat ꝓ ea. Ex eis n. q̄rit ut sint plus abstergētia ꝛ magis lauātia pl⁹ q̄z siccātia ex qb⁹ nō q̄rit nisi cicatrizatio ꝛ ꝓsolidatio ꝛ ꝓtinuatio. Et ex eis gdē medicie q̄ sine mordicatiōe desiccāt sūt ingredientes i gen⁹ eaꝝ q̄ carnē nasci faciūt. Ex ꝑterea vle⁹ qđ in loco exist nō carnoso ē mobediēs ad h⁹ ut cito medicet et silit rotūdū. Medicinis aūt siccātib⁹ ꝛ stipticis q̄ in vlceribꝰ occultis adhibētur sūt medicine mūdū cātes sicut mel ꝛ medicine loco ꝓpe sicut diuretica medicinis vlcera instꝝ oꝝ vrine curantib⁹. Cunq̄z cicatrizare voluerim⁹ ponem⁹ medicinas cū stipti et ar ate sua vi coſas sic̄ ira sigillata. Et scito q̄ qđ ā sūt vlceris sanitatē ꝓhibentia ex quib⁹ est malitia cōplexionis mēbri: quare studere debes ut ipm rectifices Et malitia ꝓplōnis siguis q̄ ad ipm aduenerit ꝛre succurrere dēs cū enacuatiōe ꝛ subtiliatiōe cibi ꝛ faciēdo ut exeruiet si possibile fuerit ꝛ ossis corruptio qđ ē sub eo ꝛ qđ ei trāsmittit sanie. Et hmōi gdē curatio nō est nisi ossis illi⁹ melioratio ꝛ ipi⁹ ꝛ fricatio sit rotā ipi⁹ corruptionē remouere poterit ꝛ accipere ipm ꝛ incidē. Multotiēs ꝓterea ē inc̄arium mediendi vlcera ut scū deferat emplastra attracti ua ut eis frusta ossiū ꝛ res c̄nee carni infixe euellantur. ꝛ si nō, ꝓhibebūt vle⁹ meliorari. Ulcera quoz nutrimēto indiget, ꝓterea ut ꝓsoratio fiat: ꝛ minoratiōe nutrimēti, ꝓterea ut sanies mā refrēgat. Et inter hec duo ꝛna existit diuersitas: qm̄ sanies debilitat: ꝛre ꝓsortare necesse ē ꝛ multiplicat ꝛre necesse est nutrimētū, ꝓhibere. Medic⁹ ergo de hoc sollicitus eē dz. Cūcz vle⁹ in ꝓncipio fuerit nō dz eger dal

neum ingredi necz ipm aq̄ tāgere calida: qm̄ attrahet ad ipm qđ in apte augmentū faciet: hz cū vle⁹ generit ꝛ sanie fecerit fortasse tūc facile fiet ei. Ex ꝑterea vlcus qđ cito reuertit⁹ postq̄z carne repletū ē et ꝓsolidari dz ē in semita puenīdi ad fistulaz. debes ergo sp ituri colorē sanies ꝛ colorē labioꝝ vlceris: ꝛ si pus multiplicabit sine multiplicatiōe nutrimēti ē ibi alfasc. Loq̄mur ergo nūc de curatiōe alfasc. Et dicamus qm̄ ꝓptea q̄ alfasc ē cōtinuitatis solutio aut infra cutē, ꝓfūdam: ꝛ manifestū ē q̄ oz ei⁹ medicamina sint fortioꝝ q̄z ei⁹ qđ discooptū est. Et ꝓptea q̄ multū sanguis ad ipm fluit est necessariū illis qđ illū resoluit: verūtū oz vt ei⁹ resolutio sit cū mixta siccitate vt nō resoluat qđ ibi subtile ē ꝛ faciat lapidez qđ ibi spissū est. Cūcz ex resolutōe ꝓcepimus illud qđ nob necesse ē debem⁹ apponere ꝓsolidatiuū qđ sit desiccatiuū ne sit sanies in ꝓcauitate q̄ exire nō ꝓleat ꝛ fiat lapis ꝛ postea q̄libet cā putrefiat aut eradicetur ꝛ redeat ꝓtinuitatis solutio. Cūcz aūt alfasc fuerit ꝓfūdior: scarificabit locus vt medicamē magis penetret. In medicādo aūt alfasc ꝛ ꝓtusionē leuem fortasse sufficiet ꝓlobotomia. q̄ si alfasc fuerit in hypostasi cū ꝓcussione medicet ꝓ⁹ ꝓcussio medicaminib⁹ ꝓcussioni aptis donec sit possibile medicari alfasc. Et alfasc qđ ē magna fuerit medicabit cū siccātib⁹ ꝛ si fuerit pua vt punctura acus dimittat eē ei⁹ ipsi nature si nō fuerit venenosa vēdens: aut fuerit fortis dolorꝰ: aut si tetigit neruū ꝛ timeat inde aphatis gnātio ꝛ pulsatio. In ꝓtractione aūt sufficit mollis ligatura nō doloꝝosa vt sup ipsam ponant medicamina ꝓtractioni apta. In his aūt q̄ sunt sic casus ꝛ ꝓcussio necessaria ē ꝓlomia: ex pte diuersa subtiliandū est nutriēs ꝛ diminuēda ē caro q̄ sunt sic ipa. Et regēd⁹ ē ex apozimatib⁹ ꝛ potōnib⁹ scriptis ad hoc in libris ꝑticularib⁹. Sermonē aūt in solutōib⁹ ꝓtinuitatis scis in neruis ꝛ ossib⁹ reseruabim⁹ posterius ad libros ꝑticulares.

Ca.xxix. de cauterizatione.

Cauterizatio ē medicamē valde vtile iuuādo ad, ꝓhibēdū ne corruptō sparg̃at ꝛ ad consolandū mēbra cui⁹ cōplexionē volum⁹ rectificare ꝛ ad resoluiendū malias corruptas in mēbris retentas ꝛ ad restrigendū sanguis fluxū. Res vo ista cauteriū sit melius ē aurū: ꝛ locus qđ q̄ cauterizet aut ē manifestus ꝛ ponit cauteriū sup ipm sensibilit aut ē, ꝓfūdus intrius in membro sicut in naso aut in ore aut in ano Et hmōi qđ forma liligner sup quā ponat q̄ sit sic̄ tale aut magra in aq̄ decoctū infusa: postea ponant sup ipsam pānī aq̄ rosacee vehementer infrigidati aut succis aliq⁹ ꝛ mittat in canalē ita vt loc⁹ cauterizand⁹ eius bucella fiat: deinde imittat cauteriū ꝓptea vt ad locū puenīet ꝛ in circuitu nō impediat ꝛ ꝓpue cū cauteriū subtus⁹ fuerit ꝙ forme vacuitas ne lateribus forme obuiet. Cauterizato: ꝓterea si bi cauē dz ne fortitudo cauterizatōis ipsius ad neruos ꝓueniat neq̄z ad cordas neq̄z ad ligamēta. q̄ si ꝓpt sanguinē q̄ fluit cauterizauerit oportebit vt cauterizati[illegible]oꝝtionideo vt crusta grossitiē hēat ꝛ ꝓsi

situdinem ne cito cadat: qm̄ ex casu crustę cauterizationis fcē ꝓptea vt carnē corruptā, ꝓjcias ꝛ vt sanguinis fluxus ꝓhibeat puenīt ad malū det⁹ eo qđ erat. Cūcz cauterizaueris ꝓptea vt carnē corruptā, ꝓjcias ꝛ vt carnē corrupta, ꝓjcias ꝛ terminū sani scire volueris erit vbi dolet. Et fortasse necessariū erit tibi cū carne cauterizare os qđ ē sub ea ꝛ supra ipm mozari donec tota ipsius destruat corruptio Cū ergo fuerit qđ sit sicut craneū subtil: ꝛ ipam opare ita vt cerebꝝ nō ebuliat neq̄z ipsi⁹ pānicul⁹ corrigēt. ꝛ in alio osse ab ipso nō cures ꝓquirere.

Ca.xxx. de sedatōne doloris

Am sciuisti doloꝝ causas in duaꝝ ꝓpriē di diuisionib⁹. i. mutatōe ꝓplexionis subito: ꝛ solutōe ꝓtinuitatis. postea sciuisti q̄ postremū diuisionis eaꝝ puenit ad malitiā ꝓplexionis calide aut frigide aut hūide aut sicce absq̄z mā aut cū māchimosa aut ad vētositatē aut ap⁹. Doloris ergo sedatio ex ꝛrietate harū cāz erit. Et iam sciuisti q̄liter vnius cuiusq̄z eaꝝ ꝛriū sit. ꝛ sciuisti quō malitia ꝓplonis ꝛ ap⁹ ꝛ vētositas medicent. Et ois qđē doloꝝ q̄ sit fortioꝝ interficit: qm̄ ex eo in ꝓmis accidit frigiditas corꝑis ꝛ tremoꝝ postea sit pulsus puus deīn destruit ꝛ postea mouit. Et ad sūmū id qđ doloꝝes sedat ē aut id qđ ꝓpriōnē mutat: aut qđ ſoluit māz aut qđ stupefacit. Et stupefaciens qđē remouet doloꝝ qm̄ destruit sensū mēbri. Eius vo sensū non auſert nisi, ꝓpt vnā duaꝝ cāz: aut ꝓpt multā infrigidationē aut ꝓpt multaz venenositatē q̄ est in ipso ꝛriꝰ ꝓtuti illius mēbri. Ea quoq̄z q̄ fluxa faciūt sūt ex sūma eoꝝ q̄ mollit resoluit q̄lia sūt anetū semen lini ꝛ melilotū ꝛ camemilla ꝛ semia apij ꝛ amigdale amare ꝛ ois rei in ꝓmo ḡdu cala ꝛ ꝓpe q̄m fuerit cū ea glutinādi potētia sic̄ gūmi ꝓmoꝝ ꝛ amuli ꝛ cerasa ꝛ crocus ꝛ laudanum ꝛ alta ꝛ amomū ꝛ caules ꝛ napi ꝛ apozima eoꝝ ꝛ adipes ꝛ ilopi ceratū ꝛ olera sicut dicemus in antidotario ꝛ vēre solutēia ꝛ macuantia quocūq̄z mō fuerint sunt ꝛstius modi. Et fluxa qđē faciūt sūt ꝓ⁹ eucaunantia si necessariū fuerit cauterizare donec materia ꝛtrigetur ꝙ ad mēbꝝ delcēdit. Et etiā illud totū qđ apa mortificat aut qđ ea apiū. Dib⁹ aūt stupefacientib⁹ form̄ē opium Et ex eis sūt poma mādragoꝛ ꝛ cicuten ꝛ coticeꝝ radicis ipsi⁹ ꝛ papauer ꝛ bengi ꝛ hyusquiamꝰ ꝛ lactuca ꝛ stupefaciens ꝛ semē lactucaꝝ ꝛ ex eis sūmix ē aq̄ frigida. In doloꝛib⁹ ꝓterea mltotiēs accidit error: qm̄ eoꝝ cause erūt extrinsece sic̄ calor aut frigꝰ aut ceruical' eminētia aut loci corruptio: aut casus q̄ sit in ebrietate: aut alia ab his: ꝛ q̄runt eoꝝ cause i corꝑe ꝛ puenit error: q̄ ꝓpter scire debes hoc ꝛ cognoscere si est ibi repletio aut nō: ꝛ si sunt ibi cause repletionis note: quoq̄z etiam causa aduenit exterꝰ: deinde interius sit manifestior: sicut cum aliquis bibit aquā frigidā ꝛ accidit ei fortis doloꝛ i ꝑte stomachi ꝛ epatis Et mltotiēs qđē nō est multū necessaria cuacuatio ꝛ sibi sufficit: qm̄ sepe sufficit sibi balneū ꝛ fortis somn⁹ in eo. Et sicut q̄ comedit rē calidā ꝛ infert ei sonē capitis doloꝛē ꝛ sufficit ei aquā infrigidatā bibē

Et qñq; est res in q̃ fiducia est q̃ dolor ea remoueat aut tarde opans ita q̃ dolor ille vsq; ad horã ill.i tollerari non pot sic euacuatio matiei dolorefaciétis colice retẽte in villis intestinoz: aut cito opans est: iz ex ea timet finis vehemẽter malꝰ sicut stupefactio mẽbri dolẽtis in colica cũ medicis q̃ hoc opari solẽt & fit medicꝰ in hoc ambiguꝰ. Debet ergo bone mẽsuratois fortitudinẽ hic vt sciat q̃ duoꝝ tpm sit lõgꝰ aut tps fixiois virtus aut tps doloris: & etiã q̃ duaꝝ retrũ sit ei detior: an dolor an malꝰ finis q̃ ex stupidatõe timet vt eligat studiũ ei impendẽ qđ magis ẽ spediẽs: fortasse eni si dolor remãserit fortitudine sui & magnitudie inficiet. Et stupidatio fortitudinẽ nõ inficiet iz ex alia pte spediat cui ꝓpedimentũ fortasse corrigẽ poteris & redibit fortitudo tu redib medicina ꝓueniẽte. Et ꝑter hoc totũ stupefaciẽtis ꝓplexionẽ ꝓsiderare debes & ipsiꝰ q̃litatẽ & vt qđ ex eo ẽ faciliꝰ dones: & vt tribuas id qđ ẽ cũ suis tyriacis cõpositi nisi res fuerit maxia q̃ forti indigeat stupefactione. Sunt ꝑterea mẽbra de qbꝰ nõ curamꝰ: & si eis superponas narcotica: quĩ nõ inde ad vehemẽt malũ finẽ puenũt sic dentes cũ eis apponit stupefaciẽtũ. Et fortasse qdẽ etiã bibẽ erit meli ꝙ in hmõi sic bibẽ qđ stupefaciat, ꝓpter dolorẽ ocli: quĩ ex hoc minor malitia ꝓuenit oculo q̃z vt intius ponat. Et fortasse facile erit corrigere malitiã q̃ ex potu aliꝰ accidit mẽbris. in eo aũt qđ ẽ sicut colica magnificatur malꝰ finis: quĩ mãz augmẽtat frigus & ꝑgelatõez & clausurã. Amplꝰ stupefaciẽtia plerũq; sedant dolorẽ ꝓpea q̃ dormire faciũt: quĩ sonꝰ ẽ vna ex causis ipiꝰ sedatõis doloris & ꝓpe qĩ cũ eo scã fuerit fames & in dolore mãli. Et stupefaciẽtia qdẽ ꝓsita quoꝝ fortitudies alie debẽt sit medicie sic tyriaca sũt magis secura qñadmodũ filoniũ & trocisci qbꝰ nomẽ ponit ternarij: iz eo ꝙ stupefactio ẽ debilioꝝ. qđ aũt ex eis ẽ recẽs maioris ẽ stupefactõis. Et in antiquo fere nulla ẽ stupefactio & qđ ẽ mediũ. Et ex doloribus qdẽ g sũt mlie fortitudinis & sunt ad medicandũ facies in ꝓuida & dolores vẽtosi: quĩ q̃z/cedant & sufficit vt sup eos aq̃ calida euacuẽt. veritũ in hoc timor exitꝰ vi ab eo tibi caueẽdus: quĩ plerũq; cã erit alba & existimabit q̃ sit vẽtositas. Et si forasse factũ fuerit ei embroca ex aq̃ calida & ꝓcipue in sui ꝓncipio ei affert magnã mutã. & ꝑter hoc q̃z ipedimentũ vẽtose efficit cũ vẽtosita rẽ resolucre nõ potit & in q̃ntitate ipsiꝰ spacij augmẽtũ faciet. Et vaporatões etiã sũt ex medicatoibꝰ ventositatis. Ex eis qdẽ melior ẽ cũ q̃ ẽ id qđ exsiccat sic miliũ nisi in mẽbro fuerit qđ illũ tollerare nõ valet sic oculus. Fiat ergo tũc vaporatio cũ pãnis. Ex vaporatõibus etiã sũt cũ oleo calefcõ fiũt. Et ex vaporatõibus qdẽ fortibꝰ ẽ vt orobor farina cũ aceto coquat & postea liceat & fiat ex eo vaporatio. Et minor cã ea ẽ vt furfur coquat sic hoc. Sal at vapor ẽ pũgitiuꝰ iz miliꝰ ẽ melior & debilior. Et plerũq; etiã fit vaporatio ex aq̃ in vase polita q̃ ẽ incolumis & leuis: iz opationẽ efficiet quã noiauim. Si illud nõ fuerit obseruatũ. Calefose etiã cũ igne sũt isti modi & sũt fortes in sedãdo dolorẽ vẽtosũ. Et si eas itez adhibueris dolor penitꝰ destruet: veritũ plerunq; ex eis accidit illũ qđ ꝓuenit ex eo qđ diximꝰ. Ex sedãtibus ꝑterea dolorẽ est mollit lõgo tpe incedere pp illud qđ in ipso existit ex vtute faciẽdi fluxa. Et silr adipes subtiles noti & olea q̃ noiauim & dulcis cantilena & ꝓpe cũ ex ea, puocat sõnꝰ. Et occupari in eo qđ gaudiũ efficit & doloris vehementiã sedat.

La.xxxi. in quo ꝓcipit a qbꝰ curatoibꝰ incipiamꝰ

QUm multe ꝓiũgunt egritudies ab eo incipe debemꝰ in ã vna horaꝝ triũ, ꝑtas existit una eaꝝ ẽ q̃ alia sanari nõ pot anteq̃z ipa sanet sic apa & vlcꝰ cũ ꝓiũgunt: medicamur eni apa donec ꝓplexiois malitia q̃ cũ eo venit remouatur absq; cuius sanatõe vlcus sanari nõ pot: postea medicamur vlcus. Et secũda eaꝝ ẽ cũ vna egritudo cũ fuerit alterius sic cũ accidit opilatio & febris: medicamur eni opilatõez ꝑius deinde febrẽ. Et si nob necessariũ fuerit opilatõez apire cũ eo in quo aliq̃ exsit caliditas nõ curabimus de febre: & medicamur qdẽ pulmonis apa cũ desiccatiuis & nõ curabimus de febre: quĩ possibile ẽ vt febris remoueat cã ipsius remanẽte. Et cause qdẽ et sanatio ẽ exiccatio q̃ fe bri nocumentũ facit. Tertia vo cũ fuerit vna earũ de q̃ maio: sollicitudo sit hñda: sicut si ꝓiũgat lyncus & palysis: medicamur eni sinochũ extinguendo & phlobotomãdo: & de palysi nõ curabimus.

Cũ aũt egritudo & accius ꝓiũgunt a sanatõe egritudinis incipiemus Et si accius supauerit tũc accidẽtis curã habebimꝰ & egritudinẽ nõ ꝓsiderabimus, sicut in colica damus stupefacientia, ꝑtea vt doloris fortitudo remoueat: iz ipsi colice ipedimentũ faciat. Et cũ hoc q̃z tardam q̃ facere debeamus ꝓpter stomachi debilitatem aut ꝓpter ventris fluxum, qui ꝓcessit: aut ꝓpter ꝓsentem nauseam Et q̃z nõ tardam iz opamur & nõ totã remouemus cãm sicut in egritudine spasmi: nõ eni totũ expellimus humoreꝝ: imo ex eo aliqd dimittimus vt ipsum spasmosus remouet motus ne humoꝛ resoluat naturalem.

Opationis sigillatio & grãꝝ actio.

SIgnitas hui⁹ nr̃i sermonis cõpendioli de ꝓcipijs vniuersalibus doctrine medicine is sufficiens. Deinceps aũt laboremus vt de singulis medicinis libũ cõponam si deus voluerit. Et ꝑ quidem nos iuuabit: cui sint grates ꝑm sui innumerabiles misericordias.

Explectus est liber ꝑmus canonis quẽ ꝓnceps Abali Abinsceni de medicina edidit.

Incipit liber secundus Auicẽne verbo ꝓncipis Aboali.

IPhozũ quos de medicina specificauimus ꝓmꝰ est de iudicijs vlibus in medicina: & secũdus eorum est hic liber aggregatus de medicinis singularibꝰ. & nos quidẽ hũc librũ in duos diuisimus tractatꝰ. Quoꝝ ꝓmꝰ est de canoibꝰ vlibus quos scire oz in re medicinali: & est scia virtutũ medicinarũ in medicia. Et secũdus eoz est de cognitioe virtutũ medicinarũ particularũ.

PRimũ vo tractatũ i. vi. diuisimus capitula. Caꝑm ꝓmũ est de ꝓplionibus medicinaꝝ singularũ. La.ij. ẽ de cognitõe ꝓplionũ medicinaꝝ singularũ ꝑ exprimẽtũ. La.iij est de cognitioe cõplexionũ medicinaruꝝ singularũ ꝓrõem. La.iiij. est de cognitione opationũ virtutum medicinarũ singularũ. La.v. est de iudicijs accidentiũ medicinarum extrinsecus. La.vi. est de collectioe medicinarũ & cõseruatõe ipsarũ.

IN secũdo aũt tractatu posuimus medicinas singulares in areol. In ꝓma nãq; areola posuimus noia medicinarũ singularũ & cognitionẽ eẽntie ipsarũ. In.ij. areola electionẽ bonitatis ipsarũ. In.iij. areola rememoratione qualitatũ & naturã ipsarũ. In.iiij. areola ꝓpietates opationũ earũ & dispositiões ipsaruꝝ vles sicut resolutio & digestio & conglutinatio & stupefactio & quelibis sunt similia ex opatiõibus quas i tractatu ꝓmo diximꝰ: & ꝓpietates alias si insũt eis & secimꝰ earũ descriptionẽ cũ colore ut sit facile ipam colligere. In areola.v. opatõez eaꝝ q̃ pẽdẽt ex decoratioe aut i cute sic remotio lẽtigiũ & albaras & remotio poroꝝ & verrucarũ: aut in capillis sicut cõseruatio ipsoꝝ & plõgatio & coloratio que in decorationẽ ingrediũtur & signauimꝰ id totũ signis depictis ut ꝑ illud facilis eius inquisitio fiat in tabulis donec colligãt oẽs medicine singulares q̃ in eis cadũt velociter. In areola vi. opatões earũ in apostemandus & bothor.i. in puis eminẽtijs que sũt sicut ꝓstule & terminauimus etiã oẽm ipem dictã in eis cũ colore ꝓpio vnicuiq; earũ. In areola.vij similiter vlcera & vulnera & fracturas depictas coloribus suis. In areola. viij. egritudines ꝟsuraꝝ & nernoꝝ depictas similiter. In areola.ix. egritudines mẽbroꝝ capitis oẽs depictas suis coloribus In areola.x. egritudines mẽbroꝝ oculi depictas similiter suis coloribꝰ. In areola.xi. egritudines mẽbroꝝ ꝓcies depictas coloribꝰ suis. In areola.xij. egritudines mẽbroꝝ nutrimenti depictas suis coloribus. In areola.xiij. egritudines mẽbrorũ expulsionis depictas etiam. In areola.xiiij. febres & que eis conueniunt depictas similiter. In areola.xv. ꝓportionẽ medicinarũ ad venena. In areola.xvi. ꝓmutationẽ earũ cũq; cõsciant in medicinã vnã omnes areole: & aũq; non cõmunicant: & forsitan non reperiuntur quedã nisi in quibusdam areolis. Lũq; cõplendo ex tabulis recessero et signis virtutũ medicinarũ particularũ sigillabo tractatum secundũ: & illic sigillabo hunc librum, ꝓcedẽdo ab eo ad tertiũ librum.

Tractatus ꝓmus Capitulum ꝓmum de cõplexionibus medicinarum singularium.

IAm declarauimus in libro post intentioem sermonis nostri. i. hec medicina est calida & hec medicina est frigida & hec medicina est humida & hec medicina ẽ sicca. Et ostendimus illic q̃ illud est q̃ cõparationez ad cosꝓa nostra: & ꝓmisimus q̃ oium compositoꝝ mineraliũ & vegetabiliũ & viuentiũ elementa sunt materie. iiij. & q̃ ipse cõmiscentur adinuicẽ & agunt in se donec ꝑsistant fm qualitatez: aut fm diuiz i eo qđ inter eas est. Et cũ cõsistunt fm illud est cõplexio vera: & q̃ complexio cũ est contenta in cõposito ꝓparat ipsum receptioni virtutũ qualitatum quarũ ꝓpriũ est ut sint in ipso. Et ostendimus vniuersaliter fm ꝓditiones quot diuisiões habeat cõplexio & quid queritur ꝑ cõplexionẽ equalẽ in homibus: & quid ꝑ cõplexiones equalẽ in medicinis. Et ostendimus q̃ ꝑ hoc nõ intelligit nisi q̃ cozpus hois cũ obuiat ei & agit ipsam caloze innato nõ ꝓualet: ita ut in corpe hois ipsimat infrigidatione aut calefactione aut humectatione: aut desiccatione vlta eã que est in hoie. Hos tũ ꝑ illud nõ significauimꝰ q̃ cõplio eius sit silis cõplexioni hois. Cõplexio nãq; hois nõ est nisi in hoie. Et scias q̃ cõplexio est fm duos modos. i. cõplexio ꝓma & ꝓplio secũda. Cõplio itaq; ꝓma ẽ ꝓma cõplio ꝓuenies ab elemẽtis. Et cõplexio secda ẽ ꝓplio que ꝓuenit rebꝰ que in seipsis habẽt cõplexionem sicut verbi gra ꝓplio medicinarũ cõpositarũ ut cõplexio tyriace. vnaquez. n. medicinarũ singularũ tyriace cõplexionẽ hz sibi ꝓpriã: deinde cõmiscentur & ꝓponũt ita vt vniatur & aduenit eis cõmixtio & aduenit cõplexio secũda. Et hec quidẽ cõplexio secũda nõ ẽ ita q̃ nõ sit tota nisi ab arte: imo ẽ quãdoq; etiã a nã. lac eni cõmixtũ in vitate est ex aquelitate & calefitate & butyrositate. Et vnũquodq; horuꝝ trium est non simplex in natura: imo est cõmixtuz & habet cõplexionẽ sibi ꝓpriam. Et hec quidem cõplexio secũde est ex operatõe nature non ex opatione artis. Cõplexio aũt secũda ẽ fm duos modos: aut cõplexio fortis aut complexio debilis. Cõplexio vero fortis est: verbi gratia: ut vnũquodq; simpliciũ aliꝰ sit vnitꝰ tali vnitõe ut eius sepatõ caloꝛi nostro innato non solum sit difficilis: imo sit aliqua cuꝰ sepatio caloꝛi ignis sit difficilis sicut corpus olei. Cõmixtio inter humiditatẽ & siccitatez

ipsius ad hoc peruenit vt igneitas deficiat in ꝛsepando inter eas: imo cū igneitas aqueitatē soluit: vt eā sublenet tenentur eū omnib⁹ partibus eius partes terree: quare nō valet, efficere eaꝝ sublenationem vt terree subsistant: sicut potes ullius simile videre in ligno: imo in plumbo ꝛ stagno. Cū ergo est complexio cuius firmitudo est hec firmitudo: tūc nō é longe quin sit cōplexio a sepatiōe simpliciū cuius calō innatus qui é in nobis deficit: ꝛ quecūq; ita é: est cōplexio firma. Si ergo fuerit equalis remanebit in corpe equalis vsquequo resoluat eius formā ꝛ corrūpat. Et si fuerit deciuis ad dominiū remanebit i cōpe fm suū dñū usq; quo cōrūpat ei⁹ fōma. Et vniuersaliter quidē nō ꝓuenit ab ea nisi opatio vna.

Cū aūt cōplexio nō est firma: sed debilis facilis ad disgregationē tunc possibile é ut eius simplicia sepa rentur cū nostre nature operatio existit i ea ꝛ remoueatur vnū ab alio ꝛ sint diuersarū virtutū: ꝛ faciat vnū eoꝝ operationē vnā ꝛ aliud, contrariū ipsius.

terioꝛ: q̄ fit, ꝓpt malicia cōplonis alicui⁹: aut, ꝓpter
vlcera t cozrosionē t hemoꝛroidas t fricatione t ra
gadias: aut, ꝓpt aptionē oꝛificioꝝ venaꝝ t absciſio
nē eaꝝ t scissurā ipaꝝ, ꝓpt cām corporeā: aut extrin
secā ex corruptōe t pulsiōe: aut casu: aut ſſtib⁹: aut
malicia ꝓpꝰ t difficultate ei⁹ aut, ꝓpt vehemētia one
ris Secā āt cā san. aut ē, ꝓpt multitudinē t dūitz ei⁹ t
exitū ipi⁹ cū vtute aut nō cū vtute nature t rectifica
tione ei⁹. Et nos qđē iam dixim⁹ illā q̄ fit regimīe
nāli q̄ abe sūt ditise. Iz sunt abeꝛpes in hoc q vtreq̄z
nō reuniēt nisi cū adest debilitas: aut, ꝓpt guitatem
sā. sup coꝛp⁹. aut, ꝓpt debilitatē in corpe. licz nō sit
sā. t rāsiēs eq̄litatē in q̄ntitate t q̄litate sua: aut, ꝓpt
acuitatē san. aut tenuitatē t subtilitatē ei⁹: aut, ꝓpt
caliditatē ei⁹: aut, ꝓpt multitudinē aquositatis ei⁹ et
hūiditatis: Iz ois fluxꝰ san. icipiat paulati subtil: de
inde icipit, p cludubio puenire ad grossitudinē: de
inde descēdit t puenit ad subtilitatē t paucitatē et
aquositatē. t hec ē dispō i oi fluxu san. ob quācūq̄z
eāz fit. t cā in hoc ē q̄ orificia venaꝝ t incelsus vē
tositatis sūt in ꝑmis stricta t in fine ei⁹ strigūtur ite
rū: t adunant, ꝓpt siccitatē. Et cū supfluit fluxꝰ
san. segt eū debilitas appetit⁹ t debilitas digōnis:
aut iflatio extremitatū t coꝛpis t malicia colozis. t
q̄z pducit ad hydropisiz. Et q̄z pducit multi
tudo exit⁹ sā. ad dūitz cholere: ꝛre accidūt fe. cho
lerice moꝛdicatiue, ꝓpt inflāmatōez caliditatī moꝛ
dicatiue q̄ eḡtur p sā. Et accidūt itez h oꝛripilatōes
Et q̄z accidit h caliditas i cā appetit⁹ cibi quē fec
forte necariū obsilitas caliditatis t addit i cā appe
tit⁹ stōi, ꝓpt defecū sā. t accidit dolor: i doꝛso pp té
sionē neruoꝝ positoꝝ i illo loco. Et q̄z mltiplicat

fluxus san. ex mficib⁹ cā multitudine humoꝝ.

Capitulum.iij. de signis.

Jus quidem q̄ ē fm semitā expulsionis
e nālis signū ē q⁹ nō segtur eā nocumētū
imo pducit ad iuuamētū ei⁹ z nō aduenit ei lesio neq; alteratio vtutis. z plurimuꝫ qdē accidit in pinguib⁹. Facte vo eā repletiōis cōis quaꝫ
e, pellit nā a dūo a⁹ ḡre expellitur: signū ē repletio faciei z coꝛpis z exuberatio venarū: z alia ex signis repletiōis. z qūq; ē cū ea doloꝛ z qūq; nō sit. z dū debilitat nō retiet. Et cognoscit pñans cū san. ut exicceī san. z cōsiderēt an coloꝛ ei⁹ declinet ad albedinez: aut citrinitatē: aut nigredinē z purpureitatē ḡre euacuat humoꝛ q dñat cū eo iterū. Factā vo eā debilitatis mficis z aptionis venarū eius signifi cat exit⁹ san. puri nō doloꝛe faciēs. S. vo causa ē acuitas san. cognoscit per coloꝛē suū z acuitatem ipsi⁹ z velocitatem sui exit⁹ z paucitatez absciliōis egressionis. In facta vo ꝓpter subtilitatē san. cū mā aquosa z hūiditate est san. aquosus nō calid⁹ z ledit cū stipticis. z qūq; apparet in ea quasi ꝑgnatio. z qūq; apparēt in ipsa sicut accidētia ptus ḡre parit hūiditatē z sūt lacerti coꝛpis eius vehemētis mollitiei: ḡre sūt lenes postq̄ voluerūt coagulari z qūq; nocēt ei curatiōes diuretice ꝓpt caliditatez suā: ḡre addūt in aquositate san. Facta vo ab vlceribus cū materia z doloꝛe ē cū vehemētia doloꝛis

In facta vo a corrosiōe egredit paulatim. q. fer z ꝑpe qū est a venis ablaq; arteriꝭ. Et si fuerit coꝛrosio in ꝓfundo mficis erit coloꝛ nin⁹ niger. Et quādo ē illic z apud os matricis possibile ē ut tangatur. Facta vo ab hemoꝛroidib⁹ hz periodos mēltrue. Et qūq; non sunt ei periodi: imo ē sequēs replet̄onē: z sunt signa hemoꝛroidarū mficis manifesta. Et ē iā fm plurimū niger nisi sit ab arteriꝭ z qūq; ē hemoꝛroisaic⁹ frustati frustati. Et multoties gdē associat hemoꝛroidib⁹ in mfice doloꝛ capit⁹ z grauitas capitis z doloꝛ in viscerib⁹ z epate z quādo currit sanguis ex illis hemoꝛroidib⁹ remouetur illud accidēs.

Capi.xiij. de cura fluxus san. z in fine ei⁹ cura patientis fluxum mēstruoum.

Acta quidē fm semitā expulsiōis nālis z
f facta a repletiōe z grauedine san. sup coꝛ
p⁹ oportet ne retineatur donec tūcaf debilitas. Et qūq; excusat phlobotomia ad expectationē illi⁹, ꝓterea q: expellit repletionē z trahit materiā ad ꝺtrariū. z qñ causa est cholera euacuetur z ꝑpe cū eis que sūt sic fum⁹ terre z myrabolani, ppt illud qō in vtrūq; est ꝺ virtute stiptica. z si fuerit cā aquositas z ꝓuocatio ei⁹ z attractio ei⁹ ad cutem denk in potu de gūmi arabico z dragagāto. z si cā fuerit debilitas mficis aggrega ad medicinas stipticas medicinas ꝓfortatiuas cū sua aromaticitate z ꝓprietate sua. Et si cā fuerit vlcus curet cū medicinis cōpositis ex ꝓfortatiuis z stipticis z diureticis. Et illa q̄ est ex hemoꝛroidib⁹ curet curatiōe hemoꝛroidarū z cū se. lini cā aqua calida. z oꝛ ut obfuentur hoꝛe getis. z si fuerint illic periodi curet uncis hoꝛis periodoꝝ z studeat ad sedādum. Cū ergo influit flu. san. oꝛ ut ligētur ambe manꝰ a radice achutoꝛiꝝ z vtriq; pedes a radice coꝛarum apud duo inguina. deinde ponātur vētosi cū inferioꝛi pte mānulle z vbi incedūt vene alcēdētes ex mfice ad mānullas z fugātur z eligat vētosa magna. Jꝑa. n. retinet sāgui. in hoꝛa vna: deinde oꝛ ut ꝓsequēter adhibeat reliq̄ cura. Et qūq; retinet fluxū san. posito vētosarū super locū q est int vtrasq; anchas. Et oꝛ ut patiēs fluxum san. cibet cum eis q̄ sunt sicut vitelli ouoꝝ sorbiliū z cum omni qō ē velocis digestionis ꝓfortatiuo. Et qūq; oporteat ut cibet aq̄ carnis fortis q̄ acetosa facta sit cuꝫ aqua sumach z aq̄ acetose z potib⁹ boni odoꝛis ex carne bona: qm̄ ne cessarij sunt: z sūliter sorbitionib⁹ hūidis ex sauic et amulo z vino nouo grosso dulci: z deuteret antiquū subtile. Et qūq; conueniēs ē eis vinū mellis recēs.

De medicinis aūt cōlib⁹ z ꝑpe fluxui sā. acuto calido arnoglossa ē meliꝛ inio nō ē ei par. Et qūq; absciditꝫ fluxū san. oīno bibita z iniecta z ꝓfert chꝛonice z nō chꝛonice z potꝰ alhalce iterū. Et administratio cāsoꝛe bibēdo z supponēdo de illa cōferūt ad illud ē sumere i potu lac bū decoctum cū ferro ignito z i quo ē scoria ferri de quo cū qbusdā stipticis i potu tribuāt oī die. ʒ.iij. z acetositas citri bona ē valde. Et sili⁹ det in potu gūmi arabici cū dragaganto: z semē lini cū aq̄ calida. Et trocisci cū cāsoꝛa ꝓferūt ei valde. Et sili⁹ det in potu gūmi arabici cū dragagāto z se. lini cū aq̄ calida z trocisci de balaustijs. Cōfectio medicine vltimi iuuamēti. ꝛ. terre sigillate z boli armeni z aluminis gallaꝝ z sādaraꝝ ptes eq̄les de quoꝝ sūma accipiat. ʒ.i. z cāsoris pōdus. ij. ℈. oꝛ: z galie. vi. ʒ.i. qō totū dissoluat in ʒ.i. siropi myrtidini. Et iterū acacia balaustie galle heuflitides sumach myrrha tus z opiū: ꝓficiāt cuꝫ aceto acuto fort: z sit dosis. ʒ.ʃ. Et iterū dragagāti magisterij cuppule glādū myrrha tus opiū: ꝓficiātur z fiāt pillule z sumantur de eis. ʒ.ij. sūt. n. bone valde. Et iterū bibat ꝺculaꝝ marinarū q̄ ꝙparant a sāco Jacobo adustarū pōd⁹. ʒ.ij. cū aq̄ sumach z cydonioꝝ z dactiloꝝ. z ista ruꝫ cibi añꝫ indigeāt vinificatiōe vtutis fortī sūt alhulē z karos z almosos: z ex carnib⁹ hedi z auiū mōtanarū: z ꝑparatā patell⁹ cibaria ex lēnib⁹ aceto ꝺditis q̄ oia sūt ffa: et deuitēt oēm cibū calidū actu aut potēcia. Et ꝺ supposituꝝ cōib⁹ sūt suppositoria facta ex lithargirio z dragāto z halaustijs z ira sigillata z dolo armeno z antimonio z alijs. Descriptio medicaminis ad illud. ℞. colcotar z dragātū z acatiā z coꝛtices turis z antimoniū: z fiant ex eis troc. Deinde sumātur ex eis auꝝ. i. boli armeni z gūmi arabici z karabe oūz añ. auꝝ. i. z ponant in duab⁹, ʒ. succi stipitici: aut aq̄ z clisterizet cū eo mastix fm q̄ sciuisti. Cōfectio cisteris ad matricē. ℞. aluminis. ʒ.ʃ. z semis hyusq; ami albi z opij ambꝝ añ. ʒ.i. sextam z supponat.

Pessariū bonū z ꝑpe ad coꝛrosionē z vlcera. ℞. testas furni z succū barbe hircine z acacią aggregēt

z fiat pessariū cū aqua gallarū imaturarū. z iterum galle imature z balaustie z amilū z opiū z alumē et rubarbarū z gna myrthi viridia sumach succ⁹ barbe hircine grana agreste charte cōbuste sandalū albū coꝛtices turis terra sigillata capita granatoꝝ foliū scoria ferri coriādrū siccū supponāt de eo. ʒ. iij in lana viridi ibibita i aqua myrthi z teneat eā tota nocte. Et iterū balaustie z sordes veru z charte combuste z alumē z dragāti z cyminū ifusū i aceto et bolū armenū z rob alcath cōficiāt cū aqua salicis z coriādri viridis z suppoāt nocte tota. Et de tūis ꝙferē tibus eis ē ēcatisma in decoctōe calamēti z foliozuꝫ ei⁹ z fruct⁹ ipsi⁹ z radici ei⁹ decocti cū myrtho z rosis capitib⁹ z coriandꝝ granatoꝝ z xilocaractis nabathi z balaustijs z barba hircina z gallis viridib⁹ Et de epithatib⁹ z vnctionib⁹ cōferēt ei⁹ ē epithia de alcāna sup fumē z yngē ptes mficis cū oleis stipticis stipticitatis sorbis z reiterem⁹ distinctiōez cure fluxꝰ san. factus ꝓpter tenuitatē z aquositatez eius, Dico ergo q̄ neceariū i hoc est vt fiat q̄ currat aquositas eius z opet sup ipsū cū sudatiōe z prouocatione eū eis que sūt sicut decoctio assari z apij et rubee z que sūt silia illis: currat vna vice z ꝓcuretur alia cū facilitate z prouocatōe z sudatiōe. z fricetur coꝛpus ei⁹ cū pāno aspero. z liniat coꝛp⁹ ei⁹ cū aq̄ mellis z cū emplis hydropicoꝝ. Et qñ cōfert ei vomit⁹ sorbis. z oꝛ penit⁹ vt declinet cū medicinis eaꝝ z cibis istarū ad illud qō exsiccat z ingrossat sang. Si vo est cā vlceratio tūc ꝙfert hoc ynguētū. ℞. balaustias z plūbū vstū z fiat ex ābob⁹ z ex cera cerati cū oleo ro. z supponat. qdā aūt faciūt ne cariū curōn. paciētis fluxū san. mēstrui ca. vnū z ē curatio cōposita ex mūdificatōe z stipticitate z cōfortatione z ē vt ꝓcuret mēstrua ei⁹ in hoꝛa vt nō tardētur: deinde agitent mor⁹ eius z mūdificet matrix eius z cōfoꝛtet vt nō suscipiat sup fluitatē egredētē a necessitate. Dicit ergo oꝛ vt denk in potu sauine. ʒ x. z se. mente. ʒ.i. se. senicu. ʒ.ij. ponant in vase z fundāt desuper vini puri. lb. ij. z decoquāt donec medietur z ꝓciant de sup sacrocolle z licij ābozꝝ añ. ꝓdus. ʒ.ij. butyri vacci. z mellis añ. cochliariū. i. z fumat de eo i potu in ieiunio quātitas. i. cochliarij et tarder cibū vsq; ad vesꝑā z faciat illud trib⁹ diebus Et ego dico q̄ quāuis hoc iuuamū sit ꝓplurib⁹ horis qūz nō est fluxus san. mēstrui ex cāis aliis faciētibus necessariū esse vt stipticis puris z tu cognoscis eas. L.v. de vlceribus mficis z putrefactiōe ei⁹.

Am significauimus in eis que ꝓtulerunt il
i lud z tu scis q̄ cause eoꝝ sunt cause vlcez

Et cause vlcerū sunt ex causis intrinsecis z ex curribus acutis z plagis vlceratis: aut accidentibus defoꝛis ꝓpter percussionem aut casum: aut ꝑpt partū aut ꝓpter alia: aut ꝓpter vuln⁹ ex morsica mine/suppositō z instrumento incidente. Et quandoqz sunt cum putrefactione z qūq; sunt omnia illa cū sordibus z sordite: aut cum mundificatione z sine sorditie. Et quādoqz fiunt in profūdo z qūz sūt in nō ꝓfūdo. Et qūq; sūt cū coꝛrosiōe z ablaq; coꝛrosione z cū aꝑate z ablaq; aꝑate La.vi. de

Significat illud signis vlcez matricis
l san. z ꝓpe si sīg sūt sup os mficis in cius
ꝓrio. Et significat illud cursus saniei z humiditatū diuersi coloris z odoris. Et nocumētū ex medicinis q̄ mollificant z iuuamentū ex eis q̄ stipticitate faciūt. Et signū mūdificatōis vlcez mficis ē vt sit illud qō egredit ad grossitudinē z albedinem declue z planitiē sine doloꝛe vehemēti z setoꝛe et mordicatōe. Et signū q⁹ ipsa sunt sordida z tabida est multitudo humiditatū virulentaꝝ z q⁹ currit ex intestino. q⁹ si fuerit illic putrefactio erit sile aq̄ carnis z q⁹ illō qō residuat ē putridū malū. Et si fuerit cū coꝛrosione erit illud qō egredit nigrū cū doloꝛe vehemēti z pulsatōe. Et signū q⁹ ipsa sūt cū aꝑate ē adherentia se. z hoꝛripilatio z qō dicem⁹ de signis aꝑatis z iuuamēto ei⁹ z coꝛrosiōe ei⁹ L.vij. de pu

De iteꝛ ē ram⁹ trefactōe mficis
h capli vlcez mficis. Et ē cā in ea difficultas
pr⁹. z moꝛs embꝛōis: aut admistratio medicinaꝝ acutaꝝ: aut cursus calidus z acut⁹: aut vulnera putrefcā. z sit in ꝓrio. z sit in ꝓfūdo. z sit cū sorditie z cū ꝑuatōe sorditiei. z fcā in ꝓfūdo si cuāt ex hūiditatib⁹ diuersis egritudinib⁹ z fortasse plīn assistat feci L.viij. de coꝛrosione mficis.

Alm dixim⁹ coꝛrosiōis signū in eo qō egre
t dit z dispositionē doloris in. c. fluxꝰ san. Et dīa qō int coꝛrosionē mficis z cācrū ē q⁹ cū coꝛrosione nō ē ḡuitas neq; duritics z segtē ges in horis ghusdā z ꝓpe p⁹ exitū ei⁹ qō egredien. z non ē lōgitudo pluma. spacij in curatiōe ꝓueniente. spaciū vo cancri ē assidui doloris z ē ibi pulsatio longi spacij. La.ix. de cura

o Portet vt ꝓsideꝛet an vlc⁹ sit sordidū an nō
sordidū. Si ergo fuerit sordidū mūdificet i ꝑmis cū aq̄ mell⁹ z silib⁹, piecti i eā cū instrō iacidi: aut cū decoctōe ireos: aut cū ynguēto mūdificatiuo Et si fuerit coꝛrosio iniice i ipsas ynguētū rectificās coꝛrosionē cū mūdificatōe. Et admistra cibos ꝙuenientes. Et ꝓsidera iteꝛ an sit cū apostemate an nō cū aꝑate. Si ergo fuerit cū aꝑate curet pu⁹ z sedet cū curatōib⁹ aꝑatis q̄s dicem⁹ Cū ergo mūdificat matrix tūc curet cū ꝙsolidatiuis q̄ sūt ynguēta ꝑdicta. Unguentū q̄ ꝙfert in ꝓncipio rei cū in vulnere nō dū nascit caro: ℞. litharguꝛij z ceruse z sarcocolle ptes eq̄les z fiat ex eis ceratū cū cera z oleo ros. z si fuerit illic sordities ponat in eo paꝛ floris eris. Cū ergo caro incipit nasci z existimat illō curet cū ynguēto hmōi: ℞. tutie ablute ptes. ij. climie argēti ceruse z sarcocolle oium añ. ptē i. fiat ex eis ceratū cū oleo ros. z cera. La.x. de regie deuirginate

Et mliez⁹ ē cui accidūt cū violāt doloꝛes
d magni z ꝑpe cū, colli mficis ei⁹ ē strictū z
pāniculi sūt debiles z ꝙga deuirginātis est grossa. Cū ergo accidūt ei fluxꝰ san. z doloꝛes necesse ē ei vt sedeat in ags stipticis z in vino z oleo: deinde admistrent sup eā cerataria in lana inuoluta sup canna, ꝓhibentē a ꝙsolidatōne z allenict sup

n eam concubitus. La.xi.de cura

Dmistrent medicine medificantes: deinde post illud vngnentū ꝓdictū ad vlcera. ⁊ qñq; a dmisceā cū eo terra sigillata ⁊ q̄ sunt ei ista.

La.xij.de ragadiis matricis.

r Algadie accidunt in matrice aut ꝓpꝓt sicci tatem pueniēte ei maximā ⁊ ꝓpꝓie apud partū. Aut ꝓpꝓt apostema ⁊ sunt in ꝓncipio cū ac cidūt leues occuli doloris q̄ est sub dolore ptus et rcliqs ei⁹. Deinde apparet ⁊ ꝓprie cū tāgit: ⁊ qñq; ingrossant ragadie valde. ⁊ qñq; fiunt sicut verru ce ⁊ remanēt ⁊ ꝓsolidat loc⁹ La.xij.ō signis eaꝝ

P Ossibile ē vt pueniat ad attestationē raga gadiaꝝ ponendo sub muliere speculū cōā vulua ei⁹: deinde apiat vulua ei⁹ ⁊ ꝓsideret illud qō imaginat in speculo. ⁊ illud qō significat eas est dolor apud coitū ⁊ exit⁹ vge sanguinolente

La.xiij.de cura.

n On euacuanꝫ ragadie gn aut sint intrinsece aut in collo sint ⁊ q̄ sequūtur ipm Intrinse ce ergo curanꝫ cū suppositoriis penetrātib⁹ ⁊ distil latoīb⁹ in ctis ⁊ aquis stipticis pmixtis cū vnguē tis rectificātib⁹ sicut vngnentū factū ex climia ⁊ plū bo adusto: ⁊ vnguentū ragadiaꝝ ani: ⁊ fm curatōnē eaꝝ sentict. q. mordicationē. Hō si indigent ma turatōe aliq̄ miscet cū eis sicut vnguentū basilicō cum adipibus. Et si fuerit cū ragadiis grossitudo vehemēs quā significat longitudo spacij ⁊ puitas receptōis curatōis administra vnguentū de char tis cū oleo ros. Si vō nō tollerat illud ponat cuꝫ eo olcū de lilio ⁊ glutē alimbat. Cū ergo gelcāt cu rentur cura ragadiaꝝ ꝓnauꝫ: ⁊ ꝓpe qui vlcerant et qñ indigēt eis q̄ sunt sicut cozices eris optimi tri ti: aut dragantū ⁊ galle: aut aggregatio eoꝝ. In ex trinsecis vō qñq; sufficit laborare cū admistratōe tutie valde trite cū vitellis ouoꝝ aut aggregatiōe li linis. ⁊ sine cessatōe fiat adherētia illi⁹ ⁊ vnguētum de cerusa itez

La.xv.de puritu mficis ⁊ ꝓtapisimo mulierū

Vandoqꝫ accidit in matrice ꝓpurit⁹ ꝓpter q hūores acutos cholericos aut salsos bau rachios: aut corrosiuos melācholicos fm q apparet de dispositōe coloris menstrue aut bo thoꝝ generatas ex eis calidas acutas valde. Fortal se enī supfluit adeo donec deficiāt ⁊ tutē. Et qñq; accidit illi mieri vt ñ satiet ex coitu: ⁊ aduenit ei pa pism⁹ mliez. et quotiēs cū ea sit coit⁹ addit malicia eius La.xvi.de cura ꝓpurit⁹ matricis.

o Ponet vt mūdificet coꝫ⁹ cū phlomia ex nigra. Et si indiget fiat fecū datio ex cepha lica. Et euacuet humoꝝ acutus. s. ois humoꝝ cū eo qō euacuat ipm: sicut cholera cū pillulis de scamo nea: ⁊ phla cū pillulis stomatici ⁊ melia cū pillulis de epithimo ⁊ decoctōe ei⁹. Et frāgat ebulitio sper matis cū medicinis infrigidantib⁹ vt infrigidetur: et cū medicinis adurētib⁹ ipm fm necessitatē ⁊ at testationē cōplexionis ⁊ delibutōe oris matricis fcā cū eis q̄ sunt sicut acatia ⁊ hypoquistidos. ⁊ rose et sandali ⁊ fiet mentuhe ⁊ lex ⁊ acetum ⁊ oleū ros. Et itez q̄ sunt sicut succus portulace. Et qñq; pmisce cū medicinis semen lini: ⁊ fit embroca cū aquis in quib⁹ decoquūtur stiptica ⁊ emplet cū fece eoꝝ. Et si idiget mūdificatōe bibat mel cū aq̄ frigida valde Et ad purium est expertū istud: sumant folia mente et cozices granatoꝝ ⁊ lentes exco ciate decocta cū vino ⁊ supponant. Et iterꝫ sumant croci ⁊ canforē amboꝝ ana sexta. ʒ. i. plūbi adusti tertia. ʒ. i. baccaꝝ lauri. ʒ. v. terant ⁊ cribellentur ⁊ liniatur locus oleo ros. ⁊ ꝓficiank cū albumine ouiꝝ ⁊ aliquantulo vini et supponank. ⁊ itez sumant myrobalanoꝝ ⁊ balau stiarū amboū aā. pōdus. ʒ. i. licij ⁊ salis āmoniaci ⁊ vinū antiquū terant: ⁊ cribellentur ⁊ liniatur loc⁹ oleo ros. ⁊ puluerizēt desup ista. Et de sussumigiis est illud qō fit ex litio ⁊ medulla granoꝝ citri.

Cap.xvij.de fistulis matricis

q Vandoqꝫ accidūt in matrice fistule q̄ qñq; ptransiunt carnē ⁊ apparēt ab eo qō vicinū est ex mēbris ita vt coꝝpant os pectinis ⁊ putrefa ciant ipm ⁊ collū matricis. Et qñq; pueniūt ab ab radendū pilos pectinis ⁊ incedūt vsq; ad ptes ani et lacertoꝝ ei⁹ etiā quare ps eaꝝ tunc ē in manifesto matricis. ⁊ sunt in vnoquoq; latere matricis Et ps in interiori pte matricis q̄ ex eis ē in ꝓfundo mficis ñ ē possibile vt curet: ⁊ silr pueniēs ad vesicā. Relinq; vō ab istis curatiōnē hūr ⁊ si sit difficil. Et deterior illaꝝ est illa q̄ pueniat ab abradendū pilos pectinis ⁊ ꝓpe cū pforat os foramine puo

La.xviij.de signis ei⁹.

f Unt lōgitudo putrefactōnis. Et adherētia dolōis. Et antecessio vlcerū que nō sanant cū curatōib⁹. Et plōgat spaciū ⁊ currit vir⁹: dein de dolores sicut dolores cācri. Et cognoscitur loc⁹ eius cū radio ⁊ vbi pueniāt cū eo. Et scitur stat⁹ eius an sit in carne adhuc: aut ptrāseat vsq; ad os per il lud qō sentit extremitas radij ⁊ lenitate ⁊ mollitie ⁊ aspritate ⁊ duritie.

La.xix.de cura

e Xcuratōnib⁹ ē pforatio. Et multotiēs pdu cit illō ꝓpt neruositatē mēbri ad spasmū et abscisionē vocis ⁊ pmixtionē rōnis. Et perfora tio itez nō est possibil' nisi in eo qō videt: cui⁹ carnē mozuā incidere ē possibile: vez ē meli⁹ vt admistrē tur desup medicine exsiccantes ⁊ mūdificetur coꝫ⁹ ei⁹ pforet matrix ⁊ medicet.

Capitulū.xx.de debilitate matricis.

Causa eius est malitia complexionis ⁊ rari tas texture ⁊ tollerātia egritudinum diuersa rum. Et accidūt ex debilitate matricis paucitas ap petitus coitus ⁊ multitudo cursus menstruorum. ⁊ alioꝝ ⁊ ꝓtractio impgnationis. La.xxi.de cura

c Ura ei⁹ ē cura malitie complexionis ⁊ suc currē ei qō accidit ipi de nocumēt cognitis

La.xxij.de doloribus matricis

f Junt ex malitia cōplexiōis diuerse: ⁊ ex vē tositatib⁹ extēdētib⁹: ⁊ hūiditatib⁹ acciūtib⁹ in ea ita vt qñq; accidat in ea sicut accidit ileostinis de colica

Et qñq; accidit dolor mficis ex abrasib⁹ ⁊ cācris ⁊ ex vlcerib⁹ ⁊ cōicate ei alia ⁊ inguina ⁊ crura ⁊ dorsū ⁊ pecte ⁊ diaphragma ⁊ an⁹ ⁊ caput ⁊ ꝑpe mediuꝫ syncipitis. Et qñq; pmutant dolores ei⁹ ad anchas post spaciū ⁊ vsq; ad. x. meles ⁊ confirmātur i eis. Et tu cognoscis curationē oiuꝫ hoꝝ ex eis q̄ tibi ꝓmis sus sūt: ⁊ nō ē in iteratiōe fmonis ⁊ eis vtilitas.

Cap.xxij.de cursu matricis.

q Vandoqꝫ accidit mulieribus vt currāt ex mficib⁹ earū hūiditates plime putride et currat ex eis iterū spma. Et plmū qdez fit ꝓpt multitudinē supfluitatū: ⁊ ꝓpt debilitatē digestionis i venis mēstruoꝝ cū putrefit matrix ⁊ hz ca pitulū. Et cognoscit substātia ei⁹ ex colore mēstrue ⁊ siccitate ⁊ ex colore ei⁹ in seipso. Secūdū vō ē sic cursus spmatis viri. Si ergo sine desiderio tūc cā ē debilitas mficis ⁊ vasoꝝ ei⁹ ⁊ mollificatio ipsoꝝ. Et si ē cū desiderio ⁊ mordicatione ⁊ ꝓmotiōe tunc cā ei⁹ ē tenuitas spmatis ⁊ acuitas ei⁹. Et qñq; ē cā in eo ꝓurit⁹ mficis ꝑe ꝓducit ꝓmotio ei⁹ ad hoc ut descēdat spma. Et hūtis qdē cursū difficil fit ap helit⁹: ⁊ cadit appetit⁹ cibi: ⁊ destruit colo⁹ ei⁹. ⁊ ad uenit ei apa ⁊ instatio in oculo sine dolore fm plūm q̄ qñq; ē cū dolore. La.xxiij.de cura.

c Ursus qdē spmatis earū curat cū silib⁹ q̄ b⁹ curat illud in viris. Jn curib⁹ vō alijs oz ut incipiat a mūdificatōe coꝫpis cū phlomia ⁊ solutiōe vētris si indiget ambob⁹: deide clusterizet matrix i ꝓmis cū mūdificatiuis ⁊ exsiccatiuis sicē est decoctio ireos ⁊ decoctio ꝓasij: ⁊ fricent crura cuꝫ oleis subtiliatiuis cū medicinis calidis sicē oleū de squināto ⁊ piretro ⁊ pipere: deide ꝓfr post illud ad hibeank clisteria cū stipticis clusterizatis ⁊ ebibitis Et clusterizata magis opank post euacuationē ⁊ sūt aq̄ in qb⁹ decoquunk sicē galle ⁊ balaustie ⁊ corticel granatoꝝ ⁊ squinantū ⁊ myrrh⁹.

La.xxv.de retētiōe mēstruoꝝ ⁊ paucitate eoꝝ.

Enstrua retinēt aut ꝓpt cām ꝓpriā in ma m trice: aut ꝓpt cām cōez. Et illa qdē cā ꝓ ꝓpria in mfice aut ē ꝓpt cām inata. aut ꝓpt cām accidētē alio mō. Ampli⁹ mēstrua retinent aut ꝓpt cām in virtute: aut ꝓpt cām in mā: aut ꝓpt cāz in instrumēto ⁊ ꝑpe solo. Et cā in vtute ē sicē de bilitas ꝓpt malitiā ꝓplonis frigide aut sicce aut cali de. ⁊ frigida aut ē cū mā aut sine mā. Cā aūt i mā aut ē quātitas aut qlitas aut aggregatio ambaruꝫ. Et illa q̄ est ex quātitate ē paucitas: ⁊ illud ē aut ꝓpt inationē ciboꝝ ⁊ paucitatē ipsoꝝ: aut ꝓpt vehemē tiā vtutis ꝓphēdētis cibos. ⁊ si multiplicet nō mū dificat supfluitatē mēstruoꝝ. Et hmōi qdē vlceruꝫ nāe viroꝝ silēs existūt naturis ⁊ sūt potētes sup di gestiōez vltimā ⁊ distributionē necessariā ⁊ expulsi onē supfluitatū fm modū quo expellunt eas viri. Et iste sūt pingues neruose lacertose de quib⁹ sunt fortes viragines q̄rū anche ipsarū pectoꝝ⁹ sūt stri ctiores ⁊ ipsarū extremitates sunt pigues pl⁹ ⁊ sunt multarū euacuationū cū medicinis ⁊ exercitijs ꝓ ptie san. fluētis p nares: aut hemoroidas: aut pla gas aut alia. Facta vō ꝓpt q̄litatē materiei ē: qñ san. ē grossus ꝓpt frigiditatē aut ꝓpt multitudinez ei⁹ qō admisceā ei ex hūoꝝ⁹ grossis. Aut ꝓpt mul titudinē trāgllitatis ⁊ q̄ currūt cursū illo ꝛ de illis q̄ scimisti. Et cā q̄ est ex ꝑte instri ē opilatio. Et illa aut ē ꝓpt calorē exsiccantē ꝓstringētē: aut ꝓpt frig⁹ exsiccās. Et multotiēs facit ipa ꝛ possidere multitu do pot⁹ aq̄ ꝛ ꝓducit ad putrefactionē: aut ꝓpt sicci tatē ei⁹ insp̄issatiōe sua ꝛ ꝓpt multitudinez adipis eiꝰ: aut hūoꝝ grossoꝝ vicioꝝ: aut ꝓpt apata ꝛ ꝓ pter clausurā ꝛ additionem carnis: aut ꝓpter vice ra accidentia in matrice q̄ consolidata sunt ꝛ corru perūt sua cōsolidatione orificia venaruꝫ apārēuꝫ aut ꝓpter torꝫ nositatē in ea supfluā ꝛ puersionē aut ꝓpter debilitatē colli matricis: aut ꝓpt pussionez aut calū claudentē oficia venaruꝫ: aut successione abortus. Facta aūt ꝓpter retentionē menstruoꝝ cā cōitatis alioꝝ mēbroꝝ ē sicut facta cā debilitatis epatis: ꝑe nō emanat san. neq; discernit ipsū: aut ꝓ pter opilationē in eo ꝛ in coꝫpe toꝝ: aut ꝓpt pinguedinē facientē accidere opilationē ꝓstringentem vias cōstrictiōe facta a cōpressione. ꝛ extenuatio cō stringit eas ꝓstrictiōe facta ab exsiccatiōe: aut ꝓpter paucitatē san. ꝛ san. effluit supꝫ mficē cū exitu ꝛ cuꝫ nō inuenit meatū redit. Cū ergo iterat illud dilatat in coꝫpe ꝛ facit incurrere egritudines.

La.xxvi. de accidētib⁹ illa⁹ ꝛ de ꝓfocatiō mficis.

Vandoqꝫ accidūt ei cui⁹ mēstrua retinent q egritudines de quib⁹ ē ꝓfocatio mficis ꝓ pter collectionē suā ꝛ declinationē ad ptē lateris. Et accidūt ei iterū apata matricis calida et dura ꝛ apata viscerū ꝛ egritudines in stomacho ex debilitate digestiōis ꝛ casu appetit⁹ ꝛ corruptōe ei⁹ ꝛ nausea: ꝛ sitis vehemēs ꝛ mordicatio i stomacho Et accidūt ex ea egritudines capitis ꝛ neruoꝝ sicut epilepsia ꝛ paralysis ꝛ egritudines pectoris sicē missil ꝛ malitia anhelit⁹: ꝛ plurime ex egritudinib⁹ epatis sicut hydropisis ꝛ alie. Et alterat ex ea fomia. Et accidunt ei iterum difficultates vrine ꝛ eius cōpel sio ꝛ dolores alchatin ꝛ colli ꝛ grauatur coꝫpus et extenuatur ꝛ contristatur ꝛ aduenīunt ei horripila tiones ꝛ se. adurentes. Et quandoqꝫ fit difficilis ser mo ꝓpter exsiccationem lacertoꝝ ꝛ lingue ex va poꝛe calido. ꝛ fortasse ē illa granitas eā doloris capi tis. ꝛ accidunt ei inquietudo ꝛ tristitia ꝓpter vapo rem. Et qñq; apostemat totū coꝫ⁹ eius ꝛ vēter ei⁹ ꝓpter attractionē virulentie san. ad ipsuꝫ. Et qñq; accidit ei in ꝓplexiōe sua cū retinētur mēstrua qui ē fortis creatiōis cui⁹ vir⁹ est potens ad exercendu supfluitatē retētā ut assimiletur viris ꝛ multiplicent pili ei⁹ aut nascat ei q̄si barba ꝑe frangitur forma ei⁹ ꝛ ingrossat: deinde mouk. Et qñq; puēit añ mor tē ad dispōnē cū q̄ nō ē possibile ut ꝓcētur men strua ei⁹. ꝛ plures ista ꝛ sūt de illꝫ q̄ parū⁹ plurimū. Cū ergo nō coit cū eis aliqs ꝛ recedūt ab eis sui cō pares retinēt mēstrua eaꝝ ꝛ remouenk ab eis. O ꝛ necessaria fac euacuatio ſa. ꝛ acceptio ꝓceptōis ꝛ ac ceptio coit⁹ ꝛ accidit eis ut fiat vrina ei⁹ nigꝫ in q̄ est

sclīmē virulentū sicut aq̄ carnis. ⁊ q̄ſcz mingit sanguinē

La.xxvij. de signis.

i Llius q̄ pendet ex frigore ligniū est ḡuitas somni ⁊ pfundatio in ipo ⁊ albedo coloris corpis et viriditas venaꝝ ⁊ raritas pulsus ⁊ frigus sudoris ⁊ multitudo vrine ⁊ phlaticitas egestionis. Et illā q̄ pendet ex caliditate significant inflatio et exiccatio matricis ⁊ reliq̄ signa caliditatis scita in eis q̄ hērita sunt. Et illā q̄ pendet ex siccitate significant signa siccitatis in ea scita in illis q̄ preterierunt ⁊ verificant eam extenuatio corporis ⁊ vacuitas venaꝝ. Apostema vo ⁊ clausura ⁊ alia sunt notaꝝ signoꝝ de illis q̄ tu iam scisti vsq̄z ad hūc locū

La.xxviij. de curationibus

c Uratio quidē pēdens a calefactōe ⁊ infrigidatione ⁊ gnātione san. ⁊ humectatōne corporis ⁊ curatōnes apostematū ⁊ cura clausure ⁊ filium sunt nota ex radicib⁹ iteratis. Et facta quidē a clausura q̄ nō curat ⁊ ab opilatōne oriticorū venaꝝ ab incarnatōe vlcer ⁊ alius est ḡsi silis: et ei⁹ cura est extractio san. vt nō multiplicet ⁊ mīsidificatio corpis ⁊ pfus exercitioꝝ. ⁊ nō oportet nisi vt afferam⁹ nūc reinemoratione curationū ꝓuocatiū mēstrua. ⁊ sunt ille q̄ mouent sanguinē ad matricē et faciūt ipm penetrantē in poris ⁊ faciūt poros aptos. Et has quidē medicinas iam dixim⁹ cū de singularib⁹ tractaremus in tabulis ⁊ dixim⁹ ibi ⁊ in tidotario. Hic vo volum⁹ dicere de regimine ⁊ medicatōe illud q̄ dō ē magis ꝓueniēs huic loco. ⁊ regimen in hoc est mouere san. cū fortitudine ad menstrua. ⁊ de illis q̄ faciūt illud est phlomia ex saphena ⁊ vena q̄ est post caullā. ⁊ phlomia vene geniculi ⁊ curuature ei⁹ ē fortioꝝ illa. ⁊ ventosatio sup crus et calcaneū et ꝓpzie pinguis ē magis ꝓueniēs. et q̄ſcz est necessariū vt fiat phlomia sup saphenā pedis alteri⁹ ⁊ assiduatio stringēdi cū vittis mēbra inferiora ⁊ ligādi ea ⁊ dimittēdi ea taliter aliq̄b⁹ diēb⁹: deinde admīstrētur medicine vt apiant poꝝ ⁊ currant humiditates viscose: ⁊ sīliter si cā fuerit humiditas. deinde admīstrent medicine ꝓpzie ad quod canchū q̄ sunt subtiliantes san. apientes opilationē Et de illis sunt q̄ bibunt sicut calamentū ⁊ decoctio ei⁹ cū aq̄ mellis ⁊ pulueriz̄atio ipius sup aquā mellis. ⁊ sanina est fortioꝝ ea: ⁊ puleg̃ū est forte vale ⁊ cinamomū ⁊ hierapicra ⁊ serapinū ⁊ oppoponacū ⁊ fruct⁹ ei⁹ et castoreū ⁊ coꝛdumeni ⁊ decoctio emule et decoctio aluſnē ⁊ decoctio fasceoloꝝ rubeoꝝ ⁊ almaroch ⁊ alastirgar ⁊ lemen sanſuct. ⁊ de illis suppositoria sūt sicut albus helleborus ⁊ pulpa colloquintide ⁊ storax ⁊ centaurea ⁊ gūma olive campestris ⁊ oppoponacū ⁊ fructus ei⁹ ⁊ castoreū ⁊ assa ⁊ serapinū et coꝛdumeni ⁊ succ⁹ absinthij. ⁊ q̄ſcz supponit eu foꝛbiū sup cottū ⁊ expectatur sup ipm hora parua absq̄ supfluitate. Suppositoriū bonū. ℞. myrrhe calamenti ambo aū. ʒ. iij. sanine. ʒ. viij. rute sicce ʒ. x. passulaꝝ mūdataꝝ. ʒ. xx. ꝓficiant cū felle vaccino. ⁊ fiant de eis pessaria. ⁊ ter sumant casto ueū et myrrha ⁊ muschus ⁊ fiant silicudines glādi ū cum oleo debent ⁊ supponant. ⁊ oleū alacuhen ꝓuocatiuū est menstruoꝝ cū supponit ⁊ succus papaueris ruffi ⁊ alnelin ƒz partes equales. ⁊ iterꝝ galbanū ponatur in lana infusa in sambacino ⁊ supponat ⁊ matricē. ⁊ de eis sunt emplastra ⁊ vapoꝛatōes: ⁊ vapoꝛatio cū spēb⁹ ꝓuocat mēstrua. Et de eis sunt ſsuſumigatōes sicut cū collogntida sola. ipsa eni ꝓuocat i dispositōe: ⁊ oppoponacū ⁊ sīl⁹ alia ⁊ serapinū et coꝛdumeni. Et de eis sunt tine etiā ex aqꝝ in quibus decocta sunt subtiliatiua ꝓuocātia mēstrua sīc calamentū ⁊ ruta ⁊ puleg̃ū ⁊ silia

Tractat⁹. iiij.

La. i. de nocumētis situs matricis ⁊ apostematibus ei⁹ ⁊ que silia sunt illis.

c Causa est cū sup os matricis ei⁹ egredit aligd qd̄ ꝓhibet coitū ex re addita lacertosa: aut pāniculari fortiaut ē illic incarnatio ab vlcere aut creatōe: aut illud qd̄ est inter os vulue aut os matricis ē fm vnū ⁊ eūdē hoꝛ modoꝝ: aut ē sup os matricis ei⁹ qd̄ ꝓhibet impgnationē ⁊ exitū mēstruoꝝ ex pāniculo: aut in carnositōe vlceris: aut qd̄ est eis silē: aut meat⁹ nō est inuentus in creatōe ita vt accidat virgini cū incipit mēstruari vel nō inueniant menstrua meanti ꝓpter aliquam harū causarū: quare accidant ei dolores vehementes ⁊ egritudo maxima. Si ergo nō ingemetur ei rēdit san. ⁊ denigratur mulier ⁊ ꝓfocatur et mouit. Et q̄ſcz accidit vt clausa retineatur ꝓ accidēs ꝓceptione: quare moꝛitur ipsa ⁊ fet⁹ ei⁹. ꝓuld̄ubio si nō regitur. ⁊ hoc quidē nō ē possibile nisi aliquo modoꝝ: aut sit illud quod apponit oꝛi matricis de clausura rare texture: aut sit hūs fortamina pla ita q̄ possibile sit matrici attrahere de spēmate aligd licet eni paꝛ sit tū ex illo puo sit ꝓceptio si ps ei⁹ est vītas q̄ visum est pho ⁊ ps ei⁹ q̄ viuz est. H. medico. Illud nā q̄s q̄ necessariū ekt in creando membra ē sp ma femine ƒz sermonē phi. ⁊ est illud q̄ in eo ꝓuocat ad matricē intra matricē fm sermonē. H. ⁊ est sperma viri vt sumat ex eo vtutē odoris ƒz suiam phi. vidit eni q̄ cū ouū gallīne crudum roꝛe aspsum est ⁊ ꝓcedit ex eo odoꝛ spmatis viri ꝓuertit ouū in conceptione

La. ij. de cura clausure.

c Uratio clausure est cū ferro non cum alio. Si ergo hec clausura appa rens est: tūc modus est vt distrūpant labia vulue a clausura ita vt ponatur sup vnūquodq̄z labiū pila ⁊ innoluantur pollices panno ⁊ tendantur labia donec distrumpantur ab eo q̄ est inter ea: aut inueris phlomo obtuso ⁊ finde sīphac ⁊ incide carnē addītā si est sīphac paulatim ita vt nō remaneāt de addita aligd neq̄ sumas de radicali aligd ⁊ illud fiat cū calid. Et differētia quidem inter sīphac ⁊ carnē est q̄ sīphac nō sanguinat sed caro sanguinat. deinde pone in ambo labia lanam infusam in oleo ⁊ vino ⁊ dimittatur tribus diebus ⁊ admīstra super eam aquam mellis si ea indiges ⁊ admīstra desup vnguēta nutrita cū cautela a ꝓsolidatōe ⁊ glutinatōe ⁊ ꝓstrictōne ⁊ ꝓpzie illud q̄ incisum est: est caro. Siphac vera paꝛ suscipit ꝓsolidationē post scissurā. Nō si clausura fuerit, pfūda tūc mod⁹ ē vt puenīat ad ipaz vacuus. ⁊ si est siphac fundatur scissione vna non cū illa equalitate: nam fortasse cooperit vesicam ⁊ alia: imo oportet vt caueatur alia sicut vesica ⁊ incidatur si est caro paulatim ⁊ adhereat incisioni lana infusa in vino pontico stiptico: deinde post illud sedeat in aquis in quibus decocte sunt medicine mollificat ine. ꝓ ostea curet cū vnguentis rectificātibus vlcera linitis ⁊ iniectis: deinde cū consolidatiuis. ⁊ cū apparet sanitas oportet vt assiduetur super eā coitus. Et oportet vt caueantur apud hanc scissionē ⁊ incisionē due res. i. abbreuiatio ⁊ in incidendo ⁊ in findendo quantitatē additā. Illud ceni si est cōpositi ē faciens ꝓssibilitatē conceptionis apud coitū q̄ accidit cū ea ⁊ difficilem faciens parū preparās fetū et pregnantē mozi. ⁊ caueatur iterū ne pertrāseat q̄ntitatē additā ⁊ capiat de substantia matricis aliquid quare aperit matrix ⁊ doleat ⁊ incurrat cuzez ⁊ ipsa mū ⁊ egritudines permitiosas. Cū ergo feceris hoc oportebit vt abstineas eā a frigore ⁊ non apropinques medicinā frigidam actu omnino: imo oportet vt sint oēs distillationes ⁊ iniectiones ⁊ suppositoria expoliata frigoze.

La. iij. de mō in administrādo hanc sessionem

p Reparetur mulieri sedes co: ā lumine super quā sedeat ei pauco sustētaculo ad posteriora. Cū ergo equantur crura sua adherē faciat coxis suis ⁊ adiungat illud ventri suo ⁊ liget manus suas sub curuatura poplitū suoꝝ ⁊ ligetꝝ ƒz hac formā fortiter: deinde medicus admīstret scissionem siphac ⁊ incisionē carnis. Et q̄ſcz indiget medicus vt admīstret speculū: ⁊ ꝓpzie in eo quod est inter matricē. Cū ergo extenditur siphac cū radiis et vncinis extensione cū qua nō cōpimūtur matrix et collū vesice ⁊ siphac eius cōpressione nocēte; his mēbris in primis cū manu ⁊ secūdo cū eo cuius nō erecusatur processio cū vtrisq̄z manibus aducunt ei de acumine ferri. Et speculū quidē facit te videre illud qd̄ arte efficias inde ⁊ facit te cognoscere illud qd̄ associatur siphac subtili: ⁊ de mēbris q̄ preterierunt hoc membriū. i. ex vesica ⁊ alijs. q̄ si superfluit dim te illud qd̄ extendisti vt redeat qd̄ velemētius est in eo qd̄ necessariū est: deinde sublena siphac clausure cū subtilitate: deinde scinde ipm fm obliquitatē vt nō consequatur vesicā. deinde considera in principio cū scindis: ⁊ si egreditur lan. pancus: tunc penetra in operatione tua sine timoꝛe. et si multiplicatur cursus san. tunc finde paulatim vt nō accidant syncopis ⁊ paruitas anhelitus. Et q̄ſcz tibi est necessariū vt dimittas instrumentū incidēs q̄ noīatur alcalib in ea vsq̄ in mane inuolutū in lana ligata in pāno: ⁊ cū fuerit mane consideretur in virtute eius. Et si fuerit fortis curetur in: egra curatōne et si nō dimittatur, vsq̄z ad diem tertiū ⁊ remoueat tūc instrumentū ⁊ considera dispositionē scissure cū digitis ponendo sub loco eius vt significet tibi summa quā necesse est te incidere post. Et cū soluit mulier ab eo q̄ curaturꝝ oportet sunē vt sedeat ūaquā in qua decocta sunt lenitiua cū est calida: ⁊ propzie cū appareat apostema. ⁊ melius quidē est vt admīstrentur super eā vnguenta in calid, ꝓhibentia cōsolidationē. ⁊ melius est illud qd̄ est concauū hūs foramen vt egrediantur in eo superfluitates ⁊ ventositates. Et q̄ incisio accipit, carnē naturalem tūc fortasse accidit cursus vrine qui non curatur

Cap. iiij. de suspensione matricis.

Uandoq̄z accidit illud ꝓpter clausuram

q quādoq̄z accidit ꝓpter apostemata calida ⁊ dura: ⁊ cura eoꝝm est cura eius

Cap. v. de augmento matricis ⁊ exitu eius ⁊ cōuersione eius

Ltrix augmentatur: aut existit causa primitiua. i. ex casu: aut cursu vehementi: aut

m psa vociferatiōe qua ipsa vociferata est: aut stermutatione maxima: aut strepitu: aut vociferatione quā ipsa audiuit quare terrefacta est: aut percussione mollificante ligamenta matricis: aut ꝓpter causam partus difficilis: aut partus granatini: aut labore obstetricis in extrahēdo fetū ⁊ secundinā: aut exitus fetus subito: aut ꝓpter humiditates mollificātes humiditates: aut ꝓpter putrefactiones accidentes ligamentis. ⁊ q̄ſcz egreditur tota: ⁊ q̄ſcz cōuertitur: ⁊ q̄ſcz eradicatur radix eius.

La. vi. de accidentibus illius ⁊ signis.

Cidit mulieri inde dolor in pectine magn⁹

a et in chatin ⁊ dorſo ⁊ q̄ſcz sunt cū hoc fe.

Et accidunt ei multotiēs expressio ⁊ difficultas ꝓptereā: q̄ matrix cōprimit meatus fecis et vrine: ⁊ accidunt spasmus ⁊ tremoꝛ ⁊ timoꝛ sine causa ⁊ sentit rem rotundā in pectine ⁊ sentit apud vulnam rem descendentē leuis tactus ⁊ ꝓpzie cū cōpletur conuersio. Egreditur eni q̄ intrinsecū eius est manifestū cū non sentit foramen eius rotundū et scitur q̄ radix eius iam cōuertitur ⁊ egreditur. Si aūt inuenis foramen ⁊ iam exiit sicut est non conuersa tūc nō cadit nisi clausura. scias ergo illud

Capitulum. vij. de cura.

On speratur curatio nisi eius que recens est

n in adolescentia. Et incipe in primis a solutione nature cū clusteribus: ⁊ prouoca vrinam in diureticis. ⁊ cū expletū fuerit illud resupinetur mulier ⁊ aperiatur q̄ est inter crura sua ⁊ assume lanā ex velleribus lenibus ⁊ fac eam adherere matrici: deinde accipe lanā aliam ⁊ infunde eā succo acatie: aut vino in quo dissolutū sit aliquid stipticū ⁊ pone sup os matricis ⁊ reduc cū facilitate ad anteriora ita vt redeat lana tota ad anteriora: deinde accipe lanam aliā ⁊ infunde eā aceto ⁊ aqua ⁊ ⁊ pone eā sup vulnā. ⁊ precipe mulieri vt iaceat sup latus suū et adunet crura sua et seruet lanā vbi est preparata in ea ne cadat. Et pone vētosam sup radicē fumis ei⁹ et sup dorſum ipius ⁊ fac eam odorare odores bonos valde vt ascendat matrix causa eaꝝ ad supiora Et caue ne approximare ei facias aliquid fendum quare fugiat matrix ad inferiora. Cūq̄z dies tertia

affuerit pertnuta lanā eius ⁊ pone eā lanā infusam in vino in quo decocta sunt myrth⁹ ⁊ rosa et acatia et coxices granator⁹ ⁊ alia ab isti tepido. Et embroca ex illo sup sumē eius ⁊ ipsius pectinē ⁊ admistra super eam linimēta facta ex sanich ⁊ facta ex herba que nascitur sup lapides cū sunt in aqua ⁊ facit lubricare pectē. ⁊ facta ex lenibus cū stipticis. hoc cui regimē quīq; sanat eam. ⁊ fac eam sedere post illud in decoctione squināti ⁊ myrthi ⁊ rosarū. Et oportet vt facias eā, abstinē a salsis ⁊ fermentationē mouentibus ⁊ tussim ⁊ fac eam manere tranquillam ⁊ quietam.

La.viij. de declinatione matricis ⁊ sepatōe eius

Matrici accidit qnq; vt declinat ad vnā duarum partiū matricis ⁊ remoueatur os matricis ab oppositōne per quā iniicitur ad ipsam spma. Et qnq; est cā in eo durities vnius duar partiū aut inspissatio ⁊ constrictio quare diuersificantur duo latera in humiditate ⁊ mollificatōne et siccitate ⁊ psalmo. Et qnq; ē cā in eo repletio in vna venar duar partiū p ropue: Et qnq; est causa in eo humores grossi viscosi in vna duarū partiū facientes illam: attrahitur eni secūdina ad ipsam. Et multoties accidit ex eo prefocatio matricis. ⁊ obstetrices quidē cognoscūt partē declinatōis per tactū cū digitis ⁊ cognoscāt an sit a duritie aut a repletione cū facilitate ⁊ tensione venarū: ⁊ duritiem earum et necessitatē eius ad euacuandū

Cap.ix. de cura.

Oportet ergo vt phlobotomet⁹ saphena partis cui opposita ē pars declinatōnis si sentit repletio. Et si dicit obstetrix q; vene in illa parte sūt tense ⁊ replete ⁊ illic est grossitudo ⁊ illic est constrictio ⁊ coadunatio ⁊ nō est illic grossitudo admistra lenitiua ex clisteribus ⁊ suppositoriis ⁊ inunctionibus. ⁊ admistra balneū ⁊ fac vt cibus bonus fiat Et si fuerint illic humiditates euacua eas ⁊ da ei in potu oleū de kerua ⁊ admistra etiā in suppositoriis. ⁊ similiter inunge matricē eius ⁊ iniice in matricē eius oleū balsami ⁊ alrazaki ⁊ similia. ⁊ nūc forte posibile erit obstetrici vt introimittat digitos unctos cū cerato aut adipe galline aut annatis: aut ceret matricē ⁊ tēdat ad declinationē donec sanet cadere oppositū os matricis vulue.

La.x. de apostemate calido in matrice.

Accidunt matrici qnq; apostemata calida ⁊ causa in eis est aut primitiua sicut percussio: aut casus: aut multitudo coitus: aut abortus: aut disruptio ex obstetrice cū recipit fetū. Et qnq; est causa in eis retentio menstruor ⁊ repletio ⁊ multitudo humiditatis aut inflatio inspissata que nō resoluit Et qnq; fiunt propter elevationē spermatis. ⁊ qnq; fiunt in ore matricis: ⁊ qnq; in pcauitate eius in quibusdam partibus duor laterū ⁊ ante ⁊ retro. ⁊ qō de eis est deterius est illud qō est cōmune plib⁹ ptibus. ⁊ qnq; fit dubellati, ⁊ qnq; puertit ad indurationem aut cancrum

La.xi. de signis.

Quando qō significāt ipm cōmutacantia: stomachus eni cōicat ei quare dolet ⁊ accidūt in eo tristitia ⁊ angustia ⁊ nausea ⁊ singultus ⁊ corrūpitur digestio ⁊ appetitus ⁊ debilitatur ⁊ cerebr cōicat ei: quare accidunt dolor capitis in syncipit ⁊ dolor in collo ⁊ radice oculor ⁊ profunditate ipor cū grauitate: ⁊ procedit dolor donec consequat extremitates et digitos ⁊ duo focilia ⁊ vtrūq; crus et iuncturas cū mollificatōe in eis ⁊ dolent due pres dorsi ⁊ duo inguina ⁊ pectē ⁊ inflāmatur. ⁊ mirach iterū inflatur ⁊ sentit in toto corpore grauitatē ⁊ accidit expressio ⁊ difficultas ita vt non sit ventositati meatus ad exeundū. ⁊ illud fit propter coartationē apostematis. ⁊ vbi coartat de meatibus plus illicfit sensibilitas vehementior. Et qnq; est expressio sine difficultate ⁊ difficultas sine expressione ⁊ accidit in eo vt debilitet pulsus ⁊ minorē ⁊ frequēs fiat. Qō si apa fuerit calidū erūt oia accidtia istavehemētia cū febre inflāmata ⁊ cū horripilatōib⁹ ⁊ cū nigredine lingue ⁊ dolor fiet fortis ⁊ pulsatio ⁊ multiplicabit fudor in extremitatibus. ⁊ quādoq; perducit ad abscisiōnē vocis ⁊ spasmū ⁊ syncopis. ⁊ significat partem apostematis locus pulsationis ⁊ cōmunicatio iterum. s. an sit dolor in sumine: aut ad dorsum decliue: aut ad vtraq; pirides. Et quod est propinquū ori matricis est vehemētius ⁊ durius eo quod est in concauitate quoniā os matricis est neruosum et est tangibile. ⁊ illius quod est in concauitate tacis⁹ est difficilis. ⁊ in quacūq; parte sit apostema declinat matrix ad contrarium illius ⁊ sit difficilis somnus sup cōtrariū eius ⁊ sit difficilis motus localis ⁊ elevatio ⁊ sessio ⁊ incessio: ⁊ sequitur egrā vt claudicet apud deambulationē. ⁊ signū qd cōuenit ad dubellati est vt sit dolor additus valde ⁊ accidentia fiunt fortiora ⁊ diuersificantur se. ⁊ permiscentur et inuenit tranquillitatē cū est fluxus ventris ⁊ egressio vrine. ⁊ signū collectionis complete est q; sedatur se. ⁊ pulsatio ⁊ mouetur rigor. Et apostemā quidem matricis eius ⁊ dubellari cū sunt in ore matricis posibile ē vt sanent. ⁊ si nō sūt pfunda nō ē posibile vt sanentur

La.xij. de cura apostematū calidor.

Necessaria est in eis euacuatio san. cū adiuuant significatores famose. ⁊ phlomia licet pferat ad illō est tū ipa qō retinet mestrua ⁊ trahit sanguinē ad supiora. Et phlomia quidē saphene ē vehementiotis cōitatis et magis attrahens san. q; illa. Et melius quidē est vt, puocent menstrua ⁊ magis iuuatiuū ⁊ propie ei in quo cā est retentio menstruō. Et rectius quidē in pncipio est vt phlomet basilica quare phibebit effusionē materie. Deinde psequēter adhibeat phlomia saphene vt attrahatur san. ad locū ⁊ succurratur ei qō fecit incurrere phlobotomia ex nocumēto basilice cōmunicante ei. Et oportz vt fiat phlobotomia pedibus eius ad supiora leuatis ⁊ ipsa iacens ⁊ perueniat ad summū in extrahendo san. Et oportet vt phibeat cibus ⁊ minoretur in dieb⁹ primis vsq; ad dies tres. Et phibeat

aqua penitus ⁊ ppare in die pmo. ⁊ habitet in domo domi odoris: ⁊ precipiatur ut vigilet quantum pōt. Et vomitus vehemētis inunamenti ē ad illud. Et qnq; est tibi necessariū ut admnistres solutionē faciēs eductiones humores. Et oportet ut sit in medicinis eī⁹ qō sedet nausea ⁊ nunoret cibus cū necessitas ē ⁊ sedeat in pncipio in aqua dulci cōmixta cū oleo ros. bono: ⁊ embrocet cū stipticis ex aqs deinde nō fiat assiduatio sup eā cum stipticis ut non indureť apostema. Et de eis quor administratio ē pueniens in hac hora ē p apauer dissolutū cū decoctione de quo fiat emplastrū cū oleo omphacino aut oleo ros. aut oleo de pomis. deinde festina cur lenitiuis: q̄re fac embrocā ex vino ⁊ oleo ros. tepidis: ⁊ suppone lanā infusa aquis in qb⁹ decocta sunt ea que sunt sicut malua ⁊ semē lini ⁊ alhasce et alyarmel plurimū cū medicinis stipticis sicut arnoglossa ⁊ bliti. Et similiter vnguentū factū ex ouis ⁊ melliloto decocto in decoctione dissoluto. ⁊ qnq; ponitur in eo oleū de croco ⁊ oleū nardinum: deinde fiat permutatio ad maturationē. Et ex eis que maturant ipm sunt dactili dissoluti i decoctiōe decocti cū sanich ⁊ oleo ros. ⁊ oleo de alcāna ⁊ ppe in statu suo. Et emplastra de isopo ⁊ adipe auseris et adipe vacce ⁊ medulla cerui ⁊ similib⁹. Et qñ declinat egritudo curatio ei⁹ ē tūc cur resolutiuis puris ⁊ sunt aqua sisimbrij ⁊ sanuc⁹ laur⁹ ⁊ polipodiū ⁊ similia de his q̄ sciuisti. ⁊ cibaeam ⁊ confortа ⁊ viui fica ipsam. ⁊ qñ ponūtur super eaz emplastra oz ut nō ligentur: ligatura eni nocet apostemati. In dubellati vō oportet ut occuperis in maturādo ipsaz ⁊ si ē ppiqua ori matricis ⁊ ē possibilis sectio eī⁹ fm modū regiminis clause fiat intrinseca: aut cū possibile ē ut sideret eī⁹ maturatio ex ipsamet: aut sufficit illud qō puocat, puocatiōe subtili sicut lac ⁊ semen melonis cū aliq̄ mucilaginū. ⁊ eius eruptio ex ipsa met fiat: ⁊ si possibilis ē infrigidatio ⁊ resolutio tūc est melius. ⁊ qñ rumpit aldubellan tūc qnq; egredit pus ei⁹ ex pulua: ⁊ oz ut inuek ad mūdificatiōez ⁊ resolutōez reliquor cū eis q̄ sit licē vnguentū basilicō min⁹ ⁊ iniciat in eā. Et qnq; egredit cū vesica ⁊ tūc nō oz ut inuamentū fiat in mūdificatione eius cuz diureticis fortib⁹: q̄re effūdatur mā alia ad vesicaz ⁊ vincant ⁊ faciant aduenire vlcera vesice: imo subtilieris in illo ⁊ sis contentus illis q̄ puocant subtiliter sicut lac ⁊ semē melonis cū aqua mucilaginuz ⁊ fortasse egreditur ex via egestionis ⁊ fortasse ē necessariū ut rūpatur cū medicinis dictis in dubellati matricis ⁊ aliorum: sicut sunt emplastra facta ex ficubus ⁊ thymapi ⁊ limo colūbino ⁊ post illud oportet ut mūdificet vlc⁹ cum eis que sunt sicut aq̄ melle ⁊ teneatur illud multotiens dū inuenitur pus grossum. Cūq; mundificatur curetur curatione vlcerū

Et qñ magnificantur accidētia in dubellati non est executō q̄ nā administrētur emplastra lenitiua facta ex farina ordei ⁊ ex ficubus ⁊ fenugreco ⁊ semine lini ⁊ melliloto ⁊ tine que fm hunc modū sunt. Et oportet ut seruet res quas diximus in, c. apostematum calidorum ⁊ dubellati in. c. aliis preter matricem: ⁊ compleas que hic abbreuiamus illic.

Cap.xiij. de apostemate phlegmatico in matrice.

Postema phlegmaticuz in matrice significant significationes apostematis predicte que pendent cum grauitate ⁊ inflatione: sed non est cum dolore de quo sit curandum: ⁊ sit illic mollities extremitatuz ⁊ pectinis. ⁊ est forma hebentiuni hypofarcaz. ⁊ curatio eius est curatio apostematum phlegmaticorum in visceribus ex eis q̄ diximus in ca. pluribus.

Ca.xiij. de apostemate duro.

Significant ipsum apprehensio eius cum tactu ⁊ qp est illic difficultas ex parte vrine ⁊ fecis: aut vnius ambarum. dolor vero euentus minoratur cū eo dum non fit cancer: ⁊ sic est res lenis: ⁊ extenuatur cum eo corpus ⁊ debilitatur ⁊ ppie crura: ⁊ quandoq; magnificatur venter: ⁊ apostemantur pedes. ⁊ extenuantur crura et accidit dispositio hydropisis ⁊ propie quando durities est sparsa. ⁊ qnq; accidit ex eo hydropisis vera. Cūq; ergo nō resoluitur durities festinat ad cācerositatem. ⁊ signū qp apostema durum est cancer aut fit cancer cum quidem est ut appareat sensui est qp apostema videtur durū nō equalis figure a quo pcedunt sicut varices quod ledit tactus vehementer malī colotis ⁊ turbidi declinis ad rubedinem que est sicut rubedo fecis: ⁊ quandoq; trahit ad plumbeitatem ⁊ viriditateu. ⁊ cum nō apparet significatio ipsum grauitas: ⁊ qp existimatur de lesione: ⁊ sentit ⁊ cōicant in ipso pectē ⁊ duo emunctoria ⁊ duc anche ⁊ inguina ⁊ peruenit lesio eī⁹ ad diaphragma ⁊ dorsum. Et multotiens accidit cum eo dolor in vtrisq; oculis ⁊ temporibus ⁊ frig⁹ extremitatum. ⁊ quandoq; ē cum eo sudor plurimus. Et qnq; comitatur ipsū se, incipiens cum lenitate: deinde acuitur ⁊ fit fortis cum vehementia doloris. Difficultas autem vrine ⁊ eius guttatio ⁊ retentio stercoris etiam ut vnius earum sine alia est signuz in quo communicat duritiei. Et phlegmon quidem si ulcerat est apparet pus non equale habēs sordem. ⁊ ē sordes fm plurimū mali colotis nigra. ⁊ qnq; est rubea ⁊ viridis ⁊ raro fit alba ⁊ currit ex eo hūiditas acuta ⁊ materia virulenta peruenies ad viriditatē fetidam. Et quandoq; currit san. purus propter illud quod accidit illi de corrosione ita ut existimet qp illud sit menstrua. ⁊ quandoq; currit res cū qua sedatur febris ⁊ sedatur dolor. ⁊ quandoq; associantur ei signa apostematis calidi ⁊ non est ei curatio.

Cap.xv. de cura.

Postema quidem durū oz ut medicet et euacuet cū eo corp⁹ hūor⁹ grossis ⁊ melācolicis: ⁊ admistrent vnguenta sic diaquilon ⁊ basilicon ⁊ qō sit ex bdellio ⁊ adipe anseris et medulla cerui ⁊ butyro oūiū factuz cerati cū oleo de lilio ⁊ alrazaki ⁊ narcisceno ⁊ anctino ⁊ oleo camemillino et oleo de semugreco ⁊ oleo de kerua

ꝛ oleo de alcāna ꝛ oleo de alacuhē: ꝛ sit cera eiꝰ cera citrina. ꝛ qñcz ponit in eo vitellus ou. ꝛ si necesse ē ut sit fortiꝰ isto ponant in ipso castoreū ꝛ aloes ꝛ se mi genium ꝛ coagulū kporis ꝛ serum ꝛ ireos ꝛ ruta ꝛ alacuhen ꝛ crocus ꝛ gluten alimbat ꝛ gummi amigdalarum. ꝛ de vnguentis expertis est ut infundantur folia capparis in aqua donec leuiantur: ꝛ terantur cum eis calcus cū aqua mellis ꝛ fiat ex eis vnguentum: ꝛ administrentur flores vitis cum caseo ꝛ aqua mellis. ꝛ folia caulis ꝛ flos eius conuenientia sunt apud me ad hoc. Et iterum si supponatur sordes auris sicut dicitur confert. ꝛ oportet ut sedeat in aquis in quibꝰ sunt virtutes lenientiū. ꝛ fiat emplastrum cū foliis altee recentiꝫ contritis cū gummi amigdalarum. ꝛ adipe anseris: ꝛ empla facta ex sanguine ꝛ melliloto ꝛ fenugreco ꝛ camomille ꝛ alkaka. Lancer vo oportet ut medicetur cū medicationibus cū quibus sunt vnguenta sedātia ꝛ humectatione corporis ꝛ euacuatiõe sanguinis ex basilica assidue ꝛ saphena post ipsā in quibusdā horis ꝛ eductione melie ꝛ solutione vētris. ꝛ vnguēto arasil est. ꝓprietas in eo mirabilis ut sedat doloꝛs eiꝰ. Et quando fortioꝛ sit dolor intende ꝛ experire in sedatiõe dolorꝫ medicinas calidas ꝛ frigidas simul ꝛ sis prētus cōueniētioꝛibꝰ eaꝝ ꝛ ꝓprie ad vlceratū Calide itaqꝫ sedātes doloꝛem sunt sicut decoctio senugreci ꝛ similia. ꝛ ceratū factum ex fece olei etiā di missi in vase eris ut sumat de flore eius parū cū cera citrina ꝛ defotis liniatur. Et frigide sunt emplastra facta de papauere cū coꝛiādro ꝛ solatro ꝛ oleo roſ. ꝛ albumine ou: ꝛ ex eo qđ resolutur ex plūbo ad iuicem fricato cū aqua coꝛiandri. Et ueruꝫ decoctio lentium sumat ꝛ clisterizetur cū ea. Et iterū lac asine ꝛ succu ɜ arnoglosse pūctim ꝛ figillatim. Et quando aduenit ex vlceratione fluxus sang. administret vnguentū fluxus sanguinis.

La.xvi. de prefocatione matricis.

